opus perficitur. A simili qui dicit hoc est nō fit transmutatio. Similiter qui dicit corpus per se: adhuc non fit transmutatio. sed qui dicit totū insimul. s. hoc est enim corpus meū. tūc fit trâsmutatio. dico tamen qr aliud est nomē vel verbū: z aliud est esse dictū sicut dicit Aristoteles in scō topicorū qꝺ aliud est significare z aliud est dicere. hoc nomen homo significat hominē dicere aut consignificare. i. cū alio significare. Unde dictio est inquantū dr aliquid de aliquo vel cum alio. vnde dictio est perfecta constructionū ordinatio Unde cum illud pronomen ponit per se: nō est proprie oro: sed est compositio in oratione. Unde non oportet q̄rere demonstrationez huius pronominis vt pronomē: sed vt dictio. Unde cū in pnūcia tiōe hui⁹ pronois hoc sit panis: tñ nihilomin⁹ demōstrat illud: qō tota oro facit. s. vez corpus xp̄i. qō ibi est: qñ tota oro dicta est: sic ergo quādo totū dictū est: totuz factum est: idest corp⁹ xp̄i verū est. z ibi sub specie panis z vini totus christus est. sed corp⁹ xp̄i ibi est: per conuersionē alias per conexionē. sanguis per conuersionē: aīa p cōiūctionē. deitas per vnionē. sed deitas in persona filij. persona enī p̄is ibi nō est. nec psona spūssci: qr nō sūt vnite hūane nature: cui⁹ vnionis rōe dr ibi esse deitas. Sola enī psona filij vniuit hūanā naturā. vnde persona filij ibi est. Deitas sūt ibi est tota integra z perfecta per essentiam / potentiā. non per presentiā sicut in omni creatura: tamen nō sunt ibi sub sacramēto z rōe sacramenti pater z spūssanctus in persona. sed sola persona filij ratione predicta. Sz p ista materia vide viā par. quasi in principio in. §. de⁹ ē vbiqz. ꝛc Sequit similiꝫ modo, ꝛc. inqua clausula sūt multa notabilia eodē modo quo in primo. Dicit aūt in eadē clausula. hic est enim calix sanguinis mei. ꝛc. virtute quorū verboꝝ fit conuersio vini in sāguinem xp̄i in calice sub specie vini. sed sanguis per conuersionē alias per connexionē. corpus p conuersionē. aīa p cōiūctionē. deitas per vnionē. Sed queritur si sit sacramentū si nō apponatur vinū. Ad quod dicendū qꝺ sic. sed non plenū sacramentū: quia sub specie panis est sacramentū corporis tantū. sed si aliquis obmitteret vinum scienter ad inducendum forte heresim: non esset sacramentum. Si autem aliquis per obliuionem vel negligentiam dimiserit vinum

debet reincipere a ſiſ modo. ⁊ prius ponere vinū. Dicūt tamē alt qui ꝙ minus malū ē ſcandalū generare: ꝙ veritatē tanti ſacramē ti ptermittere: ſed nō debet dimitti veritas propter ſcandalū. Sed pro vitate vide viam para. in lra. c. ij. in ſed redeūdo. Sed pro ſcandalo vide viam para. in litta. l. j. Nam ſi vinum non apponat in quo intelligit veritas: non poteſt vere dici hoc ſacramentū com mixtio corporis ⁊ ſanguinis. ⁊c. Sed ſi non apponat aqua: nō ido eſt mīn⁹ ſacr̄m: ſz illi q cā dimittūt p obliuionē: peccant venialr. q p negligentiā mortaliter: ⁊ graue eſt ad corrigendū. ſequit noui ⁊ eterni teſtamenti: q⁹ ex effuſione ſanguinis xp̄i: teſtamentū accipi= m⁹ eterne hereditatis. De hoc teſtamēto dr̄ Lu. xxij. Diſpono vo bis regnū ſicut diſpoſuit mihi pater vt edatis ⁊ bibatis ſup menſā meā in regno meo. Segtur myſteriū fidei: q⁹ ſine fide nō fit hoc ſacr̄m: q⁹ ſine fide nō pōt aliqs plene intelligere hoc ſacr̄z. Sequi tur quotienſcūqz feceritis in mei mēoriā facietis. i. in mēoriā mee paſſionis ⁊ mortis. vñ Pau. ad Cori. r. Quotiēſcūqz corp⁹ xp̄i manducaueritis ⁊ ſanguinē ei⁹ biberitis: mortē dñi annūciabitis. Notādū eſt ꝙ illa crux q̄ fit ſuper panē cū dr̄ Benedixit fregit: ſi= gnat ꝙ xp̄s paſſus eſt in aia. vñ tot⁹ paſſus eſt scōm aiam ⁊ corp⁹ vt totū hominem redimeret.

Segtur ſeptima pars. Unde ⁊ memores. in cui⁹ pnci pio dr̄ btē paſſionis. Et debet ſacerdos manus extē dere ad modū crucis. ⁊ ſequitur necnō ab inferis re= ſurrectiōis. ⁊ tūc dz illas parū erigere: in ſignū q xp̄s inuict⁹ leo reſurrexit a mortuis. Segt tertiū ſz ⁊ i cel gliose aſcēſio nis. ⁊ dz tūc illas erigere i ſignū q de⁹ ⁊ hō aſcēdit i celos ⁊ ſedet ad dexterā dei patris. i. ad eqlitatē. Segt hoſtiā ſcāz. hoſtiā purā. hoſtiā imaclatā. panē ſcūz vite etne: ⁊ calicē ſalutis ppetue. Dr̄ āt chriſtus hoſtia pura: quia conceptus ē ſine peccato. Dicitur autez panis vite eterne: q⁹ refectio anglor. Calix ſalutis perpetue: q⁹ xp̄s refectio eſt vel affectio hominū. Poteſt aūt aliter exponi vt dicat hoſtia pura: q⁹ xp̄s oblatus eſt vt nos liberaret de feditate origina lis peccati. Hoſtia ſancta: q⁹ vulneratus eſt vt perficeret ſacramē ta: quib⁹ ſcificat eccl̄ia. Hoſtia imaculata: q⁹ mortuus eſt vt nos

liberaret a morte eterna. Panis vite eterne: qz est nostrũ viaticũ quasi via. Calix salutis perpetue: qz est refectio inebrians patriaz. Fiũt aũt quinqz cruces super hostiã. tres prime debẽt sup vtrãqz speciẽ fieri. ẽrta sup speciẽ panis. quita sup speciẽ vini. Quinqz ãt fiũt cruces in sũma: qz qnqz fuerũt effusiones sanguinis xpi. Prima fuit in circũcisione. Luc. ij. scda in sudore. Lu. xij. tertia in flagellatione. quarta in crucifixione. quinta in lateris lanceatione. 19

Sequit octaua pars. s. Supqz ppitio. ꝛc. Et sũt i ista pte due clausule. In pma sũt duo notabilia qz ibi nominãt tres ptes veteris testamẽti. s. abel. abrahã. melchisedech. in qb⁹ sacrm altaris pfigurat. In scda clausula dr per manus angeli in sublime altare tuũ in conspectu diuine maiestatis tue. Et exponit verbũ istud tripliciter. Primo sic. Dipotens iube hoc. i. panẽ transmutari in sublime altare tuũ. i. in corpus z sanguinẽ filij tui: qz corp⁹ dictũ est altare scom illud. Altare de terra facietis mihi. Seqtur per man⁹ angeli tui. i. per opationẽ filij qui dict⁹ est angelus Esaye. Magni consilij angelus secũdũ litterã. Secũda exposito est talis. iube hoc. i. corpus xpi mysticũ. i. per eccliam militantẽ preferri z associari in sublime altare. i. in eccliã triumphante q̃ dr scoz illud Leuitici. ignis in altari meo semp ardebit feruore charitatis in eccliã triũphãte z hoc per man⁹ angeli tui. i. per operationẽ z virtutẽ filij tui. Tertia exposito est talis. D tu deus hec vota z oones iube perferri. i. psentari in sublime altare tuũ. i. in presentia curie celestis z in cõspectu diuine maiestatis tue z per manus angeli tui. angeli enĩ vota nra offerũt deo vñ Thobie. xij. dicit raphael ad thobiã. Cũ orares obtuli oonez tuã dño. In fine aũt dicit. Corpus z sanguis. Et fit vna crux sup corpus z alia sup sanguinẽ. Prima signat martyriũ xpi. Secunda signat martyriuz sanctorum. 20

Sequit nona parz. i. Memẽto. inqua oratur pro defunctis. z in eodẽ ordine oradũ ẽ in hoc memẽto sic in alio. In hoc orat pro defunctis: in alio p vinis. Sz notandum q̃ triplex est loc⁹ refrigerij lucis z pacis.

locus enī paradisi dī locus refrigerij ꝓpter ardorē ignis inferni ⁊ purgatorij. vñ ps. lxv. Transiuim⁹ per ignē ⁊ aquā. Dī locus lucis cōtra tenebras inferni: de qbus Mathe. xx. Mittite eū in tenebras exteriores. Locus pacis dī. ꝓpt tranq̄llitatē mētis: q̄ est ibi cōtra vermē cōsciētie eoꝝ q nō erūt. vñ Esay, lxvj. dī. vermis eoꝝ non morietur: ⁊ ignis eorū nō extinguet. Sed q̄ hic fit mentio de penis oportet vt prius aliquid dicamus de peccatis. Primo que dicant peccata venialia: ⁊ que mortalia. Secundo quid sit peccatū mortale. Tertio cuius ponderis sit peccatuz mortale. Quarto dicemus de remedio peccati mortalis. Quinto dicemus in qua ciuitate habitabunt decedentes in peccato mortali. ⁊ in qua decedentes in statu gre. Quantū ad primū pro exordio nre expositionis sciēdū ꝙ aristo. ethi. vij. ca. vj. quasi in fine dicit. milies enī plura mala potest facere homo malus ꝙ bestia mala. Sed pro declaratiōe materie presētis dabitur quedā regula generalis ad cognoscēdū peccata mortalia ⁊ venialia: q̄ talis erit. Peccatorū alia cōmittūt citra rōnē/alia vero vltra rationē. Pcca q̄ cōmittūt citra rationē: ꝯa sūt venialia. i. digna venia. qđ accidit qñ sensualitas ē subiecta ratiōi: ⁊ sic durāte tali dñio etiam si insurgat sensualitas vt appetitus dī homo: homo ethi. j. Et sic reperiuntur ꝙplurima remedia pro peccatis venialibus. s. tunsio pectoris. oratio dominica. aqua benedicta. cōfessio generalis. benedictio episcopalis. auditio misse ⁊ alia huiusmodi. Si peccata cōmittantur vltra rationez i. in tantū ꝙ ratio sit subiecta sensualitati vel appetitui: omnia erūt peccata mortalia ⁊ tunc committens tale peccatum: non dicet homo interior vt dicebat propheta in ps. lxviij. Homo cū in honore esset nō intellexit: cōparat⁹ est iumētis insipientibus: ⁊ similis fact⁹ est illis. Et dicunt peccata mortalia: q̄ sunt digna morte eterna. contra q̄ operatur cordis contritio. oris confessio: ⁊ operis satisfactio: de quib⁹ deo dāte aliquid dicetur suo loco. Pro quo sciēdū ꝙ in pcō mortali cōsiderāt septē vel octo. s. act⁹ pcti. culpa. offēsa. macula. reatus. tenebra. pena. ⁊ pronitas ad malū: ⁊ ꝯa ista ponūtur in quolibet peccato mortali: presertim in peccato cōmissionis. De primo pz sicut in occidere ⁊ fornicari: qb⁹ est act⁹ positiuus. s.

vulnerare hominē: z tangere feminā carnaliter: q actꝰ absolute in se nō sūt boni nec mali. sz efficiūtur boni vel mali p circūstantias. Et qz dr̄ hic actus in se nec sunt boni nec mali. ℙro quo nota qꝫ bonitas vel malicia est in actu humano. Actus humanus est qui principiatur ab intellectu z appetitu scōm pbm ethicoꝝ. vj. vbi dicit qꝫ tria sunt dominatiua actus: z ita ergo in actu interiori est bonitas vel malicia: qz actus exterior sine interiori actu quantūcūqz nociuus sit nec bonus nec malus est. sic Ambrosi⁹. Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Sic z Augusti. z omnes sancti doctores dicūt peccatū ideo peccatū quia voluntariū. quoniā si nō volūtariū non est peccatū. sic episco. abuleñ. exo. xx. super particula memento vt diem sabbati sanctifices. Et sic ad Gala. j. dr̄. Caro cō cupiscit aduersus spiritum. A principio igit̄ in homine postquaz primi parentes errarunt est pugna in homine propter passiōes appetitus sensitiui repugnantes intellectui. Unde si virtus intellectiua predominatur z obtinet in regulando appetitū sensitiuum: qui motus z victoria est naturalis. vt inquit ℙbūs. ij. de anima tractatu de motu z mouente. Et est quēadmodū si sphera superior mouet inferiorem tunc homo habet in se pacem z virtutem. Et si p contrariū fieret. s. qꝫ appetituꝫ vel sensualitas superaret intellectum z rationem: qui motus esset contra naturam. z esset homo in se ipso dissonus z in guerra z male composit⁹ atqz vicios⁹. sic ista probant̄ in cap. j. de sacra vntione. vbi dr̄. cuius pars superior ratio est inferior sensualitaꝫ. Et ℙrosper ostēdit de vita contemplatiua dū dicit. dominetur viuens ratio: subijciatur corpus anime. z animus deo. sic implicita est hominis perfectio sic de peni. di. ij. in cap. corpus nostrū. z di. iij. in cap. in salicib⁹. Et sic virtutes z vicia faciūt distinctiones in hominibus. Et sic qui faciunt opera dei sunt filij dei. Et qui faciūt opera diaboli sunt filij diaboli. sic Jo. viij. eius filius appellaris cuius opera facis. Secundū quod est in peccato est culpa. Et est culpa quedam priuatio debite rectitudinis in actu. s. ad hoc qō aliqꝫ actus esset bonus moraliter dz hr̄e circūstantias bonas regulātes eū: qbus si careat erit malus. Tertiū in pcō est offēsa. nā qñ quis peccat: recedit a deo contemnendo

eñ z legẽ suã: z adherendo cuidã bõnõ creatõ qõ bõ prepõit deo: z in hac adhesione deꝰ offẽditur. s. ppt aliquã rẽ minorẽ se cõtemnat tur. Quartũ est macula de isto pcõ loqtur mgr sẽtẽ. iiij. di. xiiij. ca. s. vbi dicit qꝫ añ penitudinẽ cordis. pctõr habet maculã z fetorẽ peccati: z ista ẽ deformitas q̃dã in aia nra vt imũditia large dicta: z est in aia scõm qõ in aia est imago dei. Et est macula vel deformitas pulchritudinis ꝑus habite et nunc debite inesse sic̃ in corpe hũano qõ adornatur vestibꝰ circũdãtibꝰ illud: qbus si hõ careat: ẽ deformis z male apparẽs: z nõ ẽ illa deformitas nisi carẽtia vestiũ vel ornatꝰ necessarij ita ẽ in aia nra: nã i ipa est imago dei natura liter z pulchritudo sua extrinseca est gra vel charitas: quã cum habet: pulchra videtur: sicut homo vestitꝰ. Si aũt caruerit illa: erit deformis sicut homo mudus: z hoc est in quolibet peccato mortali: quia per quodlibet tollitur tota charitas z gratia dei sic magister sententia. libro primo z quarto. z in pluribus alijs locis eiusdem libri. Uel potest macula accipi pro quadam immundicia figurate sumpta. nam sicut quis tangit aliquam rem immundam: polluitur actualiter: z postquaz cessauerit actualiter tangere: z cessat actualiter pollui manet tamen semper pollutꝰ vsquequo lauetur. ita ꝗn do quis auertens voluntatem suam a deo: applicat se alicui rei create: qua vult frui: dicitur pollui actualiter voluntas per actualem conuersionem z adhesionem ad illam rem. Et cessante illo actu: cessat ista voluntas actualiter pollui: manet tamen polluta quousqꝫ per penitentiam abstergatur illa immundicia relicta. Sicut enim qui tangit morticinium vel aliquid immundum: ita pollutus est post actũ vsquequo lauetur: sicut fuit dũ tangeret: ita post actũ peccati polluta remanet anima sicut fuit in ipso peccati actu: qz ita est longe a deo per dissimilitudinem qui est vita z mundicia mentis sicut fuit dum peccatum ageret: ipsa etiam dissimilitudo in anima est elongatio a deo quod est valde notandũ z timendum qualiter elongatio fit a deo: que dicitur macula a qua purgatur in penitentia. Quintũ in peccato est tenebra. z hoc assignat magister sẽtentiarũ. di. xiiij. Sed queritur. q̃ sit illa macula z que sũt ille tenebre exteriores: a quibus deus animam purgat. z respõdet magi

ſter dicens de tenebris ꝛ interiori caligine: ſatis facile eſt reſponde re. cū enī quis mortaliter delinquit ꝛ gratia virtutis priuatur ſi qua precessit ꝛ naturaliū bonoꝝ patitur leſionē. vñ intellectꝰ obtundit: ꝛ totus homo interior obtenebratur: ꝛ ita quadā caligine mens ob uoluitur: q̄ caligo pcī pena eſt. ſed ſcūs Tho. dicit maculaꝫ ꝛ tene bras in peccato idē eſſe. ſed macula vocatur: in quantū eſt ꝑuatio gr̄e vel decoris. Tenebra aūt in quātū eſt obſtaculū qȯdā vt impo ſitū ipm peccatū ad nō recipiendū gr̄aꝫ ꝛ dei claritatē. ſextum eſt reatus ꝛ idē eſt qȯ obligatio: qꝛ reatus a reo dr̄: ꝛ iſta eſt in quolibꝫ peccato ſiue originali / ſiue actuali / ſiue mortali / ſiue veniali: ꝛ inſur git ex lege dei. nam ſicut in legibus hūanis cauetur quod occidēꝫ hominē aut vulnerans: tali pena plectatur. ſi quis aūt cōtra illam legē fecerit: illico eſt obligatus ad tolerandā illā penā legis: ꝛ iſta obligatio non inſurgit niſi ex lege: cui dedit vires legiſlator: ita in diuinis eſt: qȯ ſi qs peccauerit mortaliter: qȯ puniatur in inferno. Statuitur ergo qȯ ſi qs peccauerit: inſurget ei iſta obligatio ſcꝫ vt puniatur ineternū. ſimilis modus loquendi eſt geñ. iij. ſ. quacū qꝫ hora comederis: morte morieris. i. obligaueris ad moriendū. de iſto reatu dicit Tho. qȯ ſit obligatio ad penā: ꝛ dicit qȯ ſicut in pec cato mortali ſunt duo. ſ. auerſio ꝛ conuerſio. ita eſt duplex reatus. nā ex parte auerſionis. incurritur reatus pene eterne. Ex parte cō uerſionis ad creaturā: manet reatus ad penā tēporalē ſic tho. iiij. ſentētiarū. di. xiiij. q. iij. ar. ij. ꝛ. iij. ꝑte ſume. q. xlvj. ar. iiij. ꝛ prima ſe cūde. q. xlvij. per totū. ſeptimū in pcō dr̄ pena: q̄ pro peccato debe tur: ꝛ ad hanc eſt reatus ſiue obligatio ad penā directe eternā. Et alia eſt tpalis. i. ad penā tpalem ſiue q̄ debetur ex cōmiſſione / ſiue que manet ablato reatu mortis eterne per contritionem ꝛ gratiaꝫ. Octauū eſt in peccato pronitas ad malū: ꝛ iſta inſurgit naturaliter ex peccato. ſic geñ. viij. oēs enī ſenſus ꝛ hoīs cogitatio magis ꝓna ſunt in malū q̄ꝫ in bonū. Nam teſte Ariſtotele ethico. ij. vbi dicit. Generationes ꝛ corruptiones habituū fiūt ex eiſdē. i. ex ſimilibus. ſ. ex hoc quod eſt iuſtum facere: efficitur quis iuſtus. ideo omnis ac tus naturaliter eſt generatiuus alicuius habitus talis qualis ipſe eſt. Et quia nō poteſt interdū ex quolibet actu gigni habitus: cum

sit habitus qualitas quedã recepta in subiecto ꝛ difficulter mobilis:gignitur saltim dispositio ad habitum ex actu. ideo distinguit aristoteles in prima specie qualitatis habitũ ꝛ dispositionẽ. Cũ ergo quodlibet peccatũ actuale sit actus malus: sequitur naturaliter ex eo pronitas ad malũ: que est habitus vel dispositio. de hoc sanctus Tho.iij.sentẽtiaꝝ.di.xxxiiij.arti.j.in corpore questionis ꝛ in multis locis. Sed q̃ pro quocũqz peccato mortali debeatur pena eterna vt dictum est:hoc tenet Tho.iiij.sententiaꝝ. di. xlvj. ad tertiũ p̃mo responso:pro quo facit dictum aristo.etbico.v.vbi dicit q̃ tanta est iniuria:q̃nta est illa persona cõtra quã cõmittit iniuria Sed deus est infinitus:igitur pro quocunqz peccato mortali debetur pena eterna. Et sciendũ q̃ peccata mortalia quandoqz adimplentur in voluntate ꝛ actu ad extra. ꝛ qñz in volũtate tantũ. sic redemptor noster. Si quis viderit quã ad concupiscendã eã: iam mechatus est in corde suo. Mat.vj. Et sic dicit August. ꝛ oẽs doctores q̃ peccatũ ideo peccatũ qr volũtariũ:qr si nõ esset volũtariũ non esset peccatum. Et sic notandũ q̃ sicut omnia accidẽtia fundãtur in subiecto. ita omnia peccata mortalia fundant ꝛ subiectãtur in voluntate. Sed tristandũ est propterea q̃ si aliquis tangat in aliqua parte sui corporis:immediate sentit lesionẽ ꝛ recipit tristitiã pro quo dicebat aristo. vñ mihi corpus ꝛ aiaz cõpati adiuicẽ. qui ꝛ si repiat in ifinitis pcis mortalib⁹:nõ sentit. pro quo dicebat arist. in li.retho. vñ nobis tanta mala euenerũt eo q̃ nõ sentiẽda sẽtim⁹. ꝛ sẽtiẽda nõ sentim⁹. pro quo nota q̃ sicut mulieres q̃ cõtraxerũt si cõmisceãtur cũ viris extraneis fornicantur ꝛ dicũt adultere. sic aie si comisceant cũ diabolo dicũtur adultere rõe pcti mortalis: q̃m sicut mulieres adulterantes possũt puniri vltimo supplicio si acusẽt a viris suis: pbato delicto vt in.l.gracc⁹. C. de adulterijs:ita erit ꝺ hominibus in peccato mortali decedẽtibus.

pcti no. bñ et studpitulũ v. qz m. finẽ est bñ notandũ

RO quo nota q̃ aliquis posset arguere probando q̃ existens in peccato mortali est nihil vel min⁹ q̃ nihil Et sic. Qui facit peccatũ:seruus est peccati. Joh. viij Sed seruus nõ est maior dño. Joh. xiij. ergo qui facit peccatum:non est maior peccato. sed scõm beatũ Augu. peccatuz

est nihil. vt Joh. primo oia per ipm facta sūt: z sine ipso factū ē nihil. glo. i. peccatū. ergo faciens peccatū facit seipm parē nihil/vel minorem. sic dr Job. xlr. In nihilū redactus sū: z velut vmbra salus mea. Pro quo est dolendū z tristandū q multi multa sciunt: z se ipsos nesciunt: z sic multum facit: qui se ipsū cognoscit. vt ait Aristo ethico. j. capi. iij. vbi dicit quisqz bene iudicat q cognoscit: eorūqz bonus iudex est. Quantū ad secūdū dicendū. q peccatum mortale est volūtas faciendi vel operandi id quod lex vetat. vel aliter peccatum mortale est dictū concupitū contra legem dei factuz hec Aug. Ambro. dicit q peccatū mortale est preuaricatio quedā z inobedientia celestium preceptorū. Quantum ad quartū dicēdū q aliquis non immerito posset dubitare nō obstantibus supradictis diffinitionib9 dicēdo. ego vellē scire cuius longitudinis vel latitudinis/vel profunditatis sit peccatū mortale: quoniā si video aliquē hoiez magnū in corpore: dico magn9 est hō iste. Et si uideā paruū hominē: dico paruus homo ē iste. Dicēdū q peccatum nō habet latū/nec longū/nec profundū: cū non sit corpus: tamen per te poteris cognoscere cuius ponderis sit. Pro cui9 cognitiōe cōsidera in mente tua quandā staterā: z in vna parte illi9 statere pone oēs res sensibiles z corporales vt terrā. plumbū. aurū. z alia huiusmodi. z in altera parte illius statere pone vnicū peccatū mortale maioris ponderis erit vnicū peccatū mortale q cetere res sensibiles: z sic non immerito decedentes in peccato mortali immediate descēdunt ad infernū. z sic phi. iij. dr. est rei ponderose appetere centrū. z rei leuis appetere sursū. Et sic est notandū quomodo vnū peccatū mortale plus ponderat ꝫz oia pondera de mūdo sic. canti. v. talentū plumbi portabatur. Et ecce mulier vna sedens in medio āphore descēdit. hec est impietas. Cū igitur res ponderosa potius habet descendere ꝫz ascendere: tunc descendebāt peccatores ad infernū. Et talis fuit allegatio diaboli. s. q omēs peccatores debebant ad infernū descendere sed nil profuit illi: qm̄ dns noster ihs xps in alia lance se ipm quodāmodo posuit: qui in tantū ponderauit q pars in qua erat in infernū descendit. pars vero in qua erat homo tantū se erexit q in celum ascendit. z sic xps statera facta cor

poris predamq3 tulit tartaris.2c. De statera cantat ecclesia.state-
ra facta corporis:predamq3 tulit tartaris.licet pro presenti non fa
ciat ad nr̃m ꝓpositũ: sed pro redẽptione sc̃oꝝ patrũ existentiũ in
limbo: z sic posuit se ip̃s ꝑ coꝝ redẽptione in alterra pte statere: z
sicut altera pars descẽdit:altera ascendit:volo dicere ꝙ spoliauit in
fernum de quo deo duce aliquid imediate dicet. Sed pro peccato
rũ mortaliũ ponderositate nemini catholico sani intellectus est du
biũ ꝙ si aliquis post deũ totũ orbẽ possideret:z ip̃m orbem in pias
causas diuideret:z tandem vnicũ solũ peccatũ mortale cõmitteret
de quo scienter nollet penitentiã agere:q z si sic sine p̃nia decederet
qõ absit ab oi creatura bñana:imediate descenderet ad infernũ: ꝙ
est timendũ z horrendũ:z sic in hac carne mortali hoc est reparãdũ
Sic paul⁹. Dũ temp⁹ habemus opemur bonũ: qm̃ in hac carne
mortali vt dictũ est nup possum⁹ mereri vel demereri. mereri/si re-
cte opemur.demereri/ si nõ recte opemur. Sed post hanc vitã: nõ
est locus merendi nec demerendi. Sed adimplebit illud prophe-
ticũ in p̃s.lxj. vbi dicebat ꝓpheta. tu reddes vnicuiq3 iurta opera
sua.de ista materia loquit tho.iij.parte.q.lxxj.quasi per totũ. Et il-
lud athanasij facit vbi dicit:qui bona egerũt:ibunt in vitam eter-
nã: qui vero mala in ignẽ eternũ.z illud apoca.opera enĩ illorũ se-
quunt illos. Sed pro ista materia etiã facit thomas in quarto sen.
di.xlv. ad primũ: secundo. ꝟ.z tangit questionẽ precedentẽ z sub
sequentẽ cui⁹ v̇ba sũt. ꝙ sicut in corpalibus est grauitas vl leuitas
q̃ ferũt ad suũ locũ:q est finis motuũ ipoꝝ:ita est in aiabus meritũ
vel demeritũ:qb⁹ pueniũt aie ad premiũ vel penã: q̃ sũt fines acti-
onũ ip̃arũ. vñ sicut corpus ꝑ grauitatẽ vel leuitatẽ:statiz fert in lo-
cũ suũ nisi ꝓhibeat:ita aie statiz soluto vinculo carnis: ꝑ qõ in sta-
tu vie detinebant:statiz premiũ cõsequũt vel penã:nisi aliquid im
pediat:sic̃ interoũ ipedit cõsecutionẽ p̃mij veniale peccatũ:qõ pri⁹
purgari oportet:et quo seqt ꝙ premiũ differat. Et qr loc⁹ deputat
aiab⁹ scõm cõgruentiã premij vel pene:statim vt aia a corpe absol
uit vl in ifernũ demergit vl ad celũ euolat nisi ipediat aliquo reatu
quo oportuit euolationẽ differri vt pri⁹ aia purget:z hunc vitati au
ctoritatꝫ scripturę canonice manifeste attestãtur:z documẽta scoꝝ

patrū: vñ cōtrariū ꝑ hereſi ē hīdū. vt pz in.iiij.dial. ꝛ in li. de ecclesiasticis dogmatib⁹. Quantū ad q̄rtū de remedio ꝑ pccō mortali: dicēdū q̄ ille tres ꝓticule. ſ. cordis cōtritio. oris cōfeſſio. ꝛ opis ſatiſfactio. ſūt medicine q̄da ꝑ quocunqz pccō mortali ſi oēs concurrāt. ſ. in actu tpe ſanitatis ſi adſit facultas: ſin aūt ꝓpoſitū cōfitendi: q̄m tēpe neceſſitatis. ſ. i mortis articulo: ꝛ ſi nō poſſit haberi copia ſacerdotis: ſola contritio ſaluat aiaz. Sed ꝑ declaratione eoz q̄ dicta ſūt erit dāda diffinitio vniuſcuiuſqz ꝓticule. Et ꝓmo ō contritione. q̄ eſt quidā dolor volūtarie ſūpt⁹ cū ꝓpoſito cōfitēdi ꝛ ſatiſfaciēdi. Cōfeſſio eſt manifeſtatio pcōrū ſpe venie apta. Et ſatiſfactio eſt honorē ō debitū ipēdere ē Uel aliter. ſatiſfactio ē reparatio in ꝑſtinū ſtatū. ſic in ca. piſanis ac luchanis ō reſti. ſpo. ſic Boeci⁹ in li. predicamentorū. ꝓi⁹ erſtirpanda ſūt vitia q̄z inſerātur virtutes. ꝑ quo notandū q̄ ō in foro dei vel foro interiori vel penitētie q̄ ideē eſt: pōt iudex infligere quācūqz penā voluerit iurta arbitriū. ꝑ quo nota q̄m nō eſt ſub ſilētio ꝑtereūdū quō pñie ſūt arbitrarie. oēs nāqz arbitrarie ſūt. vt in ca. De⁹ qui de pe. ꝛ re. hoc aūt eſt verū q̄ntū ad id q̄ ponitur noie pene. Sec⁹ aūt q̄ntū ad id q̄ venit noie ſatiſfactionis: q̄ nō ē pena. nā in illo nō pōt cōfeſſor tarare vel moderari. ſz q̄ntū incūbit ſatiſfaciendū eſt ex natura dāni dati: vel iiurie illate tātū ſatiſfaciendū eſt. ꝛ ſic vide ca. eſt iniuſta. xrij. q. iiij. vbi dr. q̄ facilitas venie ꝓbet inceītiuū delinquēdi. Hoc āt dixiſſe placet ꝓpt quoſdā ſiplices cōfeſſores: q cū audiāt eccliā cōſtituiſſe oēs pñias arbitrarias: putāt q̄ ō oi co q̄ ī cōfeſſiōe venit poſſūt ipi arbitrari. ꝛ iō ſi qs cōfiteat q̄ furat⁹ fuerit mille vel q̄ intulit alicui in dānū cētū iubēt cōfitēti q̄ det aliquā paruā elemoſinā vt q̄ faciat dicere aliquas miſſas ꝛ totū reſiduū remittūt: decipiūt tamē iſti ſeipos: ꝛ decipiūt cōfitētes: q: eccliа dedit eis potestatē arbitrandi ſup eo q̄ eſt debitū deo: nō aūt ſup eo q̄ eſt debitū ꝓximo q: alias ſacramentū peñie erat mediū ad perpetrandū grauiſſima furta: ꝛ ꝑ iſtū modū turbarēt̄ roia: ꝛ deſtruerētur reſpu. ſi cōfeſſor poſſet peccatorē abſoluere ab eo q̄ mihi debitū eſt. ꝛ ſic nulla eſſet maior iniquitas q̄z ſacramentū penitentie. Eſt ergo ad

no.

nertendū q̄ si quis furatur alteri mille: vel infert ei damn̄ū in centū est hic duplex offensa. vna q̄ fit deo: contra cuius legem iste fecit furando: z p̄o ista pena certa q̄ deo debetur: potest confessor moderari ad arbitriū suū. ſz alia offensa fit ei cui ablata ſūt vel mille furta: aut cui damnū irrogatū est. z circa istā nihil potest sacerdos taxare vel moderari: sed cogitur iubere illi q̄ reddat tantū quantum damnū intulit: z non solū quantū valet res furto sublata: sed etiam damna z expensas si talis erat res cui⁹ tpe intermedio damna afferret dño: cuius erat: qđ est notandū ꝑpter multos sacerdotes z religiosos imperitos z ignaros audientes cōfessiōes qui imperite z z indiscrete se habent cū sua bona conscięntia z conscientia penitē tiū qu. cū sua tenebra z ignorantia cadunt in illū canonē matb. xv. si cec⁹ cecū ducit. ābo in foueā cadūt vł sub alijs v̄bis; Si cec⁹ ducatuz p̄stet ceco ābo in foueā dilabunt. sic in capro cum sit ars artium regimē aiarū. de eta. z q̄li. or. Sed p̄o dictis z dicendis ē sciendū q̄ sacerdotū alij possunt cōparari soli. lune. diei. z facule vel candele. qm̄ sicuti est solis. lune. diei. facule. vel candele lucere: ita ē hominū peritorū z sacerdotū sapientū lucere. Sed alij sacerdotes insipientes z aduocati siue iudices imperiti possunt comparari nocti vel obscuritati: quoniā sicut mediante tenebra z obscuritate hoies qñz cadunt: ita mediantib⁹ cōfessorib⁹ ignaris z insipientib⁹ qñqz penitentes forte condemnabunt p̄o quo facit auctoritas sapiētis sapię. vj. vbi dr: vbi mltitudo sapiētiū: ibi sanitas orbis terrarū. igit quid eritecontra: p̄o quo vide capitulū multi supra positū. di. xl. z sic tales sacerdotes siue religiosi male iudicando in audiendo confessiones forte faciūt litem suā: qm̄ oia iura ꝓclamant. Iudex q̄ male iudicat: facit litē suā. Et sic xp̄s redēptor nr̄ fleuit ignorātiā q̄ ē mr̄ cūctorū errorū in fuscitatiōe Lazari. Jo. xj. Ista etiā habēt matbe. iiij. sup ꝑticulā penitentiā agite. z est glo. bu. epi abulen̄. Sed nota q̄ septē sūt q̄ impediūt penitēciā agere. s. ignorātia. timor. mala societas. fiducia viuendi. sanitas carnis. amor carnalis. larga dei misericordia. Et sciendū q̄ penitentia a diuersis doctoribus: diuersimode diffinit. Quia Augu. dicit q̄ penitētia est peccata preterita plangere z plangenda iterū nō cōmittere. Ambro. vero dicit

Vera penitentia est cessare a peccato. Sed qui voluerit latius de ista materia videre: videat magis. sen. in. iiij. di. xv. z ibi tho. Sz nota pro illis q refugiũt confiteri. quoniã sũt ponderãda z multũ memorie cõmendãda eo q cõtra tales insurget xps in iudicio vniuersali. z ppria cõsciẽtia. z diabolus z peccatũ suũ: z totus mũdus. sic ppheta in ps. xxxj. vbi dicit. Beati quorũ remisse sunt iniqtates: z quorũ tecta sũt peccata: per qõ dat intelligi: q vere penitentibus in die iudicij erunt peccata occulta. Sed nolentib9 penitere vl qui noluerũt penitere in hac carne mortali: sibi ipsis z oĩbus circũstantibus erũt taliũ peccata visa z manifesta: qõ est notandũ z timẽdũ z per cõsequẽs fugiendũ. Et sic est notandũ: q oẽs xpi fideles tenent confiteri ter in anno. s. in pascha natalis dñi. z in pascha resurrectionis. z in pascha spũssancti. saltim semel in anno scõm Fabianũ papã. z Jnocentiũ tertiũ. sic in cap. ois vtriusqz sexus de. pe. z re. Et mgr se. in. iiij. di. xij. finalibus verbis. Et ibi Tho. z verba magistri sunt. Si nõ frequentius: saltim ter in anno homines cõmunicẽt: nisi forte qs criminalibus impediatur in pascha. s. z in penthecoste natali. Dẽs ergo cõicent: q noluerint ecclesiasticis carere liminibus glo. i. ecclesiasticis sepulturis. Sic etiã in tertia parte. q. lxxx. ad. r. Sed pro materia ista sciendũ q sicut in quocunqz peccato mortali ad minus concurrunt tres generatiões. s. cogitatio mali. z locutio. z opis executio: ita fuit licitũ etiã q contra peccatum quodcumqz mortale: tripler esset remediũ. s: contritio. confessio. z opis satisfactio. z hoc pro tanto: qr cõtraria cotrarijs curãt sic in ca. ois eni res. ext. de regu. iu. Et sic cõtra cogitationẽ in malũ. insurgit illa auctoritas scindite corda vra z nõ vestimenta vra. Joe. ij. Cõtra malã locutionẽ oritur illa auctoritas. Cõfitemini alterutrũ pctã vra. Jaco. j. Cõtra opis executionẽ: orit illa auctoritas. Lu. iij. facite dignos fructus penitẽtie. Pro quo est notandũ illud qõ dr matb. ir. z Eze. xviij. vbi dr. Quacunqz hora pctor gemuerit pcã suã: ego deus exaudiã eũ. Et illud qõ dr matb. iiij. sup illa pticula facite dignus fructus penitẽtie q. s. fit in charitate moraliter loquẽdo arbor est ipa penitẽtia. Radix cordis cõtritio. Rami bona opa. Folia cõfessio integra. Fructꝰ: satisfactiõis pe-

na. Ille ergo facit penitẽtiã: sed nõ dign⁹ fruct⁹ q̃ dolet tãtũ de cõmissis. Ille vero agit penitentiã: qui dolore cordis tantũ affligitur p̃ penã: quãtũ deliquit per culpã scõz illud apoc. xviij. quãtũ se gl̃ificauit in delitijs suis: tantũ date illi tormẽtũ. Et vltimo notandũ q̃ flores quos producit arbor denotant famã bone opinionis. Et est fama illese dignitatis status vita ꝛ moribus comprobat⁹. sic in glo. illius cap. vestra. de coha. cle. ꝛ mu. sup p̃ticula notorium. Et sic iustum ꝛ honestũ esset predicatoribus supdictta ꝛ similia: in quib⁹ homines quotidie cadim⁹ predicare ꝛ alia alta ꝛ subtilia ꝛ curiosa dimittere: vt ponẽdo exemplũ predicando de trinitate q̃q̃z in ouo ꝛ q̃q̃z in farina: ꝛ q̃q̃z in sole. ꝛ sic de alijs exẽplis hui⁹ modi. Et ista placuit dicere: ꝓpter illa q̃ dicit sanct⁹ tho. iiij. di. xj. ad quartũ in solutione quarte. q. Cui⁹ verba sũt. Credo aũt q̃ oia q̃ sũt fidei sunt sup̃ naturalẽ cognitionẽ angelorũ: sicut supranaturalẽ rationẽ hominuz: ꝛ ideo mysteria fidei dicũt esse abscõdita a seculis in deo vt dr̃ ephe. iij. Unde naturali cognitione nõ videt angeli corpus x̃pi sub sacramento sed solũ beata Demones vero nullo modo sic etiã tho. in. iij. parte. q. xliij. ad primũ in corpore igit̃ q̃ dictuz est de predicatorib⁹ aliquis posset dubitare: quare tot boni predicatores ꝛ viri famosi scientia illuminati tam paucos conuertant. Dicẽduz q̃ illa est̃ potissima ratio: quia sicut ipsi dicunt, docẽt ꝛ non faciũt: sic auditores audiunt ꝛ attendũt: ꝛ non credunt sic de pe. di. ij. ℊ. opponit̃. s. illud q̃ ois clamat auctoritas si sic permansisset vt erat ante peccatuz: esset translatus in gloriã q̃ habituri sũt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat illã. Non sic fecit x̃pus actuũ. j. vbi dr̃. Cepit Jesus facere ꝛ docere. Quantuz ad qu intũ ꝓ amplioꝛi declaratione de ciui. i. logt̃ Aristo. de ea in. iij. de republi. in principio vbi dicit. Quid est ciuitas ꝛ qui sunt ciues q̃ debẽt gaudere priuilegijs ciuitatis. de qua augusti. loquit̃ ad plenuz in li. de ciui. dei. in quo in plibus locis docet quõ sunt due ciuitates. s. alia dei. ꝛ alia demõis. ꝛ tho. logt̃ de istis ciuitatib⁹ in. iiij. sñiarũ di. xlvj. ad tertiũ in corpore. Et eodẽ li. di. xlvij. tertio. ℞. vbi dicit Quia q̃ ad caliduz vstiuũ etiaz quantuz ad id ꝙ in igne grossum reperit̃ descẽdet ad iferos ad penã dãnatoꝛ q̃ vo est subtile ꝛ lu-

cidũ remãebit superi⁹ ad gr̃iã electoꝝ. Et dr̃ in lr̃a illud ꝓpheticũ
i ps.lxv. Trãsiuim⁹ p ignẽ z aquã. s. de nimio colore ad niuẽ z ccõ.

PRo quo nota qõ dr̃ matb. xxij. mittite eũ in tenebras
ertiores de bac materia tractaꝫ in additiõib⁹. iij. ꝑ. q.
xcvij. ad q̃rtũ vbi dicit gre. si ignis ille lucẽ bret i tene
bras extiores neq̃q̃ diceret. z i corpe. q. dicit qõ dispo
sitio inferni erit talis qõ vt maxie misie dãnatoꝝ cõpetat. vñ scõm
hoc fuit ibi lux z tenebre: ꝑ vt maxie expectãt ad miseriã dãnatoũ
Ipa aũt visio scõm se delectabilis est vt dr̃ in ꝓncipio metha. Sẽ-
sus ocloꝝ ẽ maxie delectabilis: eo qõ ꝑ ipm pla cognoscim⁹: sz ꝑ ac
cidẽs cõtigit visiões eẽ afflictiaz i q̃ntũ videm⁹ aliq̃ nob nociua vt
nre volũtatis repugnatia: nõ in iferno nõ dz eẽ loc⁹ dispositꝰ ad vi
dẽdũ sczz lucẽ z tenebras: z nibil ꝑspicui videaꝫ: sz solũmõ sub q̃-
dã vmbrositate videãt ea q̃ afflictionẽ cordi igerere possũt. vñ sim
plr loq̃ndo loc⁹ ẽ tenebros⁹. Sz tamẽ ex diuina dispositiõe est ibi
aliqd luminis quantũ sufficit ad videndũ illa q̃ animã torq̃re pos-
sunt: z boc satisfacit naturalis finis loci: qz in terre medio vbi infer
nus ponit: nõ potest esse ignis nisi fetulẽt⁹ z turbidus z quasi fumo
sus. Quidã eni tenebrarũ barũ causã assignãt ex cõmassatiõe cor-
porũ damnatorũ q̃ pre multitudine ita replebũt locũ inferni: qõ ibi
nibil de aere remanebit: z sic nõ erit aliquid de diapbano qõ pos-
sit esse subiectũ lucis z tenebre nisi oculi damnatorũ: qui erunt obte
brati z per boc pz respõsio ad obiecta. Sed pro igne infernali: no-
ta in additionibus multa valde singularia. q. xcvij. ad primũ in so-
lutione primi argumenti vbi dr̃ qõ qz ignis est maxime afflictiuus
propter boc quod abundat in virtute actiua: ideo nomine ignis
omnis afflictio designatur z sic vebemens. Sed de verme de quo
Esayas. lxvj. loqtur: est dicẽdũ qõ post diẽ iudicij in mũdo inoua
to nõ remanebit aliqõ aĩal vel aliqõ corp⁹ mixtũ: nisi corpus ho-
minis tantũ: eo qõ non babeat aliquẽ ordinẽ ad corruptionẽ: nec
post illud tempus erit futura generatio z corruptio. Unde vermis
qui in damnatis ponitur / non debet intelligi esse materialis: sed
spiritualis: qui est conscientie remorsus: qui dr̃ vermis inquantum

oritur ex putredine peccati: aiam affligit sicut corporalis vermis ex putredine ortus: affligit pungēdo: sic in additiōibus tho. q. xcvij ad secundū. Sed vtrū ille ignis sit eiusdē speciei cū igne nr̄o quē videmus: ℣ pro cuius declaratione vide librum supra allegatum xcvij. q. ad sextū in corpore. Cuius verba sunt. dicendum q̄ ignis propter hoc q̄ō est maxime virtutis in agendo inter reliqua elemēta: alia corpora pro materia habet ut dicit. iij. meth. Unde ⁊ ignis dupliciter inuenitur. s. in materia propria: pro vt est in propria specie: vel in materia aliena sub terrestri: vt patet in carbone siue in aere: vt patet in flamma: quocūq; autem modo ignis inueniatur semper est idem in specie: quantum ad naturam ignis pertinet. potest autem esse diuersitas in specie: quantū ad corpora que sunt materia ignis: vnde flamma ⁊ carbo: differunt specie. Et similiter lignum igneum ⁊ ferrum ignitum nec differunt quantum ad hoc siue ignita sint peruiolentiam vt in ferro apparet: siue ex principio extrinseco naturali. vt accidit in sulphure: ergo ignis inferni quantum ad hoc quod habet de natura ignis sit eiusdē speciei cum igne qui apud nos est: manifestum est vtrum ille ignis sit in propria materia existens/aut in aliena: in qua materia sit: nobis ignotum est. Et secundum hoc potest ab igne qui apud nos est in specie differre: materialiter consideratus: quasdā tamen proprietates differentes habet ab igne isto: vt q̄ successione non indiget/nec ignis nutritur. Sed iste differentie non ostendunt diuersitatē in specie: quātum ad id quod pertinet ad naturam ignis. Ad septimum querit vtrum ille ignis sit sub terra: Ad quod respondet augusti. ⁊ dicit ⁊ habet̄ in lra. In qua pte mūdi infernus sit nēo scit: nisi cui dns spiritus reuelauit. vnde gregorius in quarto dialogoz̄ super hac questione interrogatus: respondit de hoc temere diffinire nihil audeo. nonnulli nanq; in quadā terraruz parte infernuz esse putauerunt. Alij vero hunc sub terra esse existimant. Et hanc oppinionē probabiliorem ostendit dupliciter. vno modo ex ipsa nominis ratione sic dicens. Si iccirco infernum dicimus quia inferius iacet: quod terra ad celum est. hoc infernus esse debet ad terram Secundo ex hoc quod dicitur apocali. v. nemo poterat: nec in celo/nec in

terra/nec ſubtus terram aperire librum. Hoc quod dicitur in celo: referatur ad angelos. Hoc quod dicitur in terra: referatur ad homines uiuentes in corpore. Hoc qđ dicit̃ ſub terra: referatur ad animas exiſtentes in inferno. Auguſtin⁹ etiam in libro. xij. ſuper gene. ad litteram duas rationes tangere videtur. quare congruum ſit infernũ eſſe ſub terra. Una: vt quoniam defunctorũ carnis amore peccauerant: hoc eis exhibeatur. quod ipſi carni mortue ſolet exhiberi vt. ſ. ſub terra retrudat̃. Alia ratio eſt. q̄ ſicut grauitas in corporib⁹: ita triſticia in ſpiritib⁹: ꝛ letitia: ſicut leuitas. Unde ſicut ſcõm corpus ſi ponderis ſui ordinem teneat: inferiora ſũt omnia grauiora: ita ſecundũ ſpiritũ inferiora ſunt omnia terreſtria. Et ſicut conueniens locus gaudio dilectorũ eſt celũ empireũ: ita conueniens locus triſticie damnatorũ eſt infimũ terre: nec monere debet quod Auguſti. ibidem dicit: q̄ inferi ſub terris eſſe dicũtur vel credunt̃: quia vt in libro retractationũ hoc tractans dicit. mihi videor docere debuiſſe magis q̄ ſub terris ſunt inferi: quã rationẽ reddere: cur ſub terris eſſe dicunt̃ ſiue creduntur. Quidam tamen philoſophi poſuerunt q̄ locus inferi erat ſub orbe terreſtri: tamen ſuper terre ſuperficiem ex parte oppoſita. Et hoc videtur Yſidor⁹ ſenſiſſe. cũ dixit: q̄ ſol ꝛ luna in ordine quo creati ſunt ſtabũt: ne impij in tormẽtis poſiti: fruãtur luce eor̄: que ratio nulla eſſet: ſi infernus infra terram eſſe dicatur: qualiter ꝛ hec verba poſſunt exponi: patuit ſupra. Pictagoras vo poſuit locũ penarũ in ſphera ignis quã in medio totius orbis eſſe dixit vt patet per Ariſtotelẽ in ſecundo celi ꝛ mundi. Sed tamen conuenientibus his que in ſcriptura dicunt̃ eſt: vt ſub terra eſſe credat̃. Sed pro dictis ꝛ dicendis eſt notandũ quod dicit Franciſcus de Mayrones: qui ait q̄ in inferno ſunt quattuor manſiones. Prima eſt inferior: que eſt loc⁹ primus damnatorũ. Secunda eſt limbus paruulorũ: nõ baptizatorũ. Tertia eſt purgatio: que eſt electorũ non tamen perfectorum Quarta eſt ſinus Abrahe: que eſt patrum antiquorum. Primi ſunt in culpa actuali: ꝛ in pena ſenſus ꝛ damni. Secundi ſunt in culpa originali: ꝛ in pena damni tantum. Tertij ſunt in gratia ꝛ in pena. Quarti ſunt in gratia ꝛ conſolatione maxima: nullam eni

penã sensus habebant. Et dicit de locõ purgatorij q̃ beatus Gregorius in libro dialagorũ narrat de quodaz episcopo: q apparuit in quodã balneo q̃ p̃stabat obsequiũ: z hoc erat sibi purgatoriũ ꝺ anima ei⁹dẽ q̃ in glacie purgabat. Et dr̃ q̃ hoc potuit esse ex aliq̃ speciali causa pro confirmanda fide nostra z de alia vita. vel q̃ ille anime subueniũt a fidelibus. Sed de cõmuni lege locus purgatorij est sub terra. Sed notandũ qꝺ dr̃ in lr̃a paruulorz non baptizatorũ. Et est sciendũ q̃ paruuli decedentes sine baptismo sortiũtur grauissimã penã inter omnes infernales penas: q̃ est carere visione diuina. Et sortiũt mitissimã penã inter oẽs penas. z hoc pro tanto: qz habent cõformitatẽ cũ volito diuino. sic eps Abulensis. Et sic nota q̃ diabol⁹ est sicut falsitas in pãno. nam sicut mercator de falso pãno non ostendit emptori mediũ nec finez panni: sed tantũ caput. Sic diabolus qui est mercator anime ostendit fatuo peccatori solum caput panni, quod est notanduz idest delectationem peccati nõ mediũ. i. remorsuz conscientie nec finez. i. penã gehenne. De hac materia dicit̃ Esa. lxiiij. erat sicut emens. zc. sic archi. in capitulo. non est. xv. q. j. super particula ere venditione. Et sic dicit propheta in p̃s. lxviij. homo cũ in honore esset nõ intellexit cõparatus est iumentis insipientibus z similis fact⁹ ẽ illis. et qz dr̃ homo cũ in honore esset glo. i. factus ad imaginẽ dei sic Nicola. z Augu. in dicto p̃s. lxviij.

Sed si queras de istis ciuitatibus quales sint. Et primo de diuina. de q̃ dicẽdũ est illud: qꝺ dr̃ p Esa. cap. ix. zp apl'm. j. corĩ. ij. q dicũt de ciuitate diuina. q̃ nec ocul⁹ vidit. nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit ista bona p̃parauit de⁹ diligẽtib⁹ se. Et ecõtra est de ciuitate diabolica: de qua dicit̃. s. q̃ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit: quanta mala preparauit deus non amantib⁹ se. Sz p ampliori declaratiõe sciendũ q̃ ciuitas hominũ est multitudo ciuiũ. Pro quo est notandũ q̃ ciuitas ad hoc qꝺ dicat̃ ciuitas requirũt tres cõdictiões potissime. Prima est qꝺ ciuitas sit libera: z

in tantū libera qꝫ nō sit subiecta nisi Romano pontifici vel impa
tori: vel regi vel principi: quoniā si sit subiecta alicui militi, vel ali-
cui alteri exceptis supradictis: perdit nomē ciuitatis: ꝛ sic per con-
sequens non dicit ciuitas. Secūda condictio est qꝫ ciuitas sit cō-
posita ex diuersis hominū statibꝰ. s. ex militibus ꝛ ex agricolis: ꝛ ex
alijs officialibus. Tertia cōdictio est qꝫ ciuitas habeat omnia ne-
cessaria sufficienter quoniā aliter non poterit dici ciuitas: ꝛ p conse
quens perdet nomen ciuitatis. Sed pro ista materia vide Aristo.
tertio de repu. in principio. Et qr homo dr tanqnā ciuitas bene or
dinata: homo debet habere supradictas tres condictiones. Pria
ē qꝫ vir prudēs felix ꝛ beatus debet esse liber ꝛ habere libertatē: ta
liter qꝫ sit subiectus solū ipsi deo. s. per gratiā ꝛ charitatē. ꝛ nō dia
bolo: per peccatū mortale. Secūda condictio est qꝫ homo habeat
oēs potentias sibi necessarias tā spūales quā corporales: quoniam
vt dicebat Augustinꝰ. anima est vnica in essentia ꝛ multiplex in of
ficijs suis. sic etiā Aristo. in libris de aīa. Tertia condictio est qꝫ si
homo habeat dictas potentias: requirit qꝫ habeat eas bene ordi-
natas taliter qꝫ inferiores sint subiecte superioribus vt sensualitas
rationi: quoniā aliter homo nō diceret homo: nec per cōsequēs dei
sed ciuis diaboli sic etbi. j. quod elicit ex illa particula secundū vir
tutem optimā. vt quando dr qꝫ felicitas est operatio animi. glo. i.
hominis scōm virtutem optimā in vita perfecta. pondera secundū
virtutem o ptimā. glosa idest secundū partem principalem idest se-
cunduꝫ rationeꝫ. Ex quo elicitur qꝫ illo tempore homines dicun-
tur homines quo tempore sequuntur rationem. Et si econtra fiat
non dicuntur homines. s. si sequantur sensualitatem. sic prophetа
in psal mo. xlviij. Homo cum in honore esset idest factus ad ima
ginem dei. non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus:
ꝛ similis factus est illis. Et sic anima est vnica in essentia sua: sed
multiplex in officijs suis. Et sic anima est quoddam regnum in se
quia habet suas potestates ꝛ sua officia ordinata ad medium regni
quia superiores virtutes ꝛ potestates imperāt precipiunt ꝛ do-
minant inferioribus ꝛ eas regunt ꝛ gubernant. ſꝫ vtutes inferioreſ

obediunt ꝛ famulant᷑ ꝛ seruiunt superiorib⁹ ꝛ recipiunt mãdata ab eis: ꝛ ideo regnũ est bene dispositũ ꝛ in pace quando superior potestas vt regia vel imperialis bene regit ꝛ imperat ꝛ inferior potestas obedit ꝛ famulatur: ita ergo in regno anime est bona dispositio ꝛ bona pax ꝛ tranquillitas quando superiores partes ꝛ potestates que sunt in anima bene regunt ꝛ imperant: ꝛ inferiores bene obediunt ꝛ famulantur. Sed pro ampliori declaratiõe eorꝫ q̃ dicta sunt dicebat frater Albertus ꝛ Alexander de Ales. q̃ multis nob bus nomina᷑ anima siue spirit⁹ hũanus: sed scõm diuersos respectus. anima enĩ dr̃ inquantũ recolit. anim⁹ dũ vult. ratio dũ recte iudicat. spiritus aũt duꝫ spirat vel contẽplatur. sensus dum aliq̃d sentit. Et qr dicit᷑ ciuis: videndũ est quomodo homo dica᷑ ciuis. Pro cui⁹ declaratiõe videnda sũt illa q̃ ponit Aristo. iij. de repu. ꝛ isto libro in. j. i ℊ. ex his. vbi dicit. Ex his ergo patet ciuitatẽ esse ex his que natura sunt. Sequit᷑ ꝛ facit ꝛ q̃ homo natura ciuile est animal. Ex quo infert᷑ q̃ hoies magis debẽt appetere societatem q̃ vitã solitariã: ꝛ magis habitare in ciuitatib⁹ q̃ extra. Et q̃ homines bis cõtraria appetentes: cõparant᷑ brutis. Sed quid dices de diuo Joanne baptista. ꝛ de diuo Antonio: qui magis cupierũt vitã solitariã q̃ꝫ ciuilẽ: ergo non videtur bene sonare quod dicit textus. Dicendũ q̃ appetere vitaꝫ solitariam: potest esse vno de duobus modis / aut propter virtutes / aut propter vitia. Si propter virtutes bonũ ꝛ optimũ est: sic fuit de diuo Joanne baptista. ꝛ de diuo Antonio ꝛ de multis alijs. Sed apetere ãtra vel deserta propter vicia malum ꝛ pessimũ est. Et est notandũ q̃ hoc forte potest euenire tripliciter aut ex defectu. aut ex affectu. aut ex effectu. Ex defectu qr hoc non agit. s. fugere vitam ciuilem: nisi qr non cognoscit seipsum esse animal ciuile: quod procedit ex defectu rationis. Ex affectu qr habet appetitus inordinatos: ꝛ malam complexionem siue nature. Ex effectu qr semp secut⁹ fuit appetitũ ꝛ nõ rationẽ: et sic operatus est multa vicia vt adulteriũ. latrociniũ ꝛ similia. Et sic qui appetit vitaꝫ solitariam ꝛ non ciuilẽ: comparat᷑ quandoqꝫ lupis. quandoqꝫ vulpibus. ꝛ quandoqꝫ auibus rapacib⁹; qm̃ sicut animalia supradicta ꝛ alia huiusmodi semp viuunt de rapina. ꝛ

appetunt antra: sic homines fugientes laborē proprij corporis. z hoc propterea q; nolunt sequi doctrinā prophete in p̄s. cxxvij. vbi dicit. Labores manuū tuarū manducabis ꝛc̄. Et gen. iij. dr̄. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Sed nūc accedam⁹ ad materiā de ciuitate: de qua fuit ꝓpositū nostrū: z dicam⁹ q; duplex est ciuitas. s. diuina z diabolica. Et sic per consequēs ciuiū alij dicūt̄ dei: z alij dicunt̄ diaboli. Dimissa ciuitate diabolica accedam⁹ ad diuinā: z dicam⁹ cū propheta in p̄s. lxxxvj. Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Sed tu qui in hac carne mortali degis siue viuis conspicere debes: qualiter ad ciuitatē diuinā tendis ne erres: quoniam facere malū est qd facile. sed facere bonū est quid difficile. Nam sic est qd difficile sagittariū mittere sagittaz in signū: sic facere bonū est qd difficile: z ecōtra deuiare a signo est quid facile. sic facere malū est qd facile: sic Aristo. ethi. ij. c ij. in. .adhuc .vbi dicit. Adhuc delinquere multifariam est: nā malū q̄dem infiniti est vt Pithagorici putant. Ex quo elicit̄ q; malū potest cōmitti infinitis vijs. bonū aūt vnico modo. Sed tu nota q; facere malū non est facere sed deficere a facere. i. a recto fine: quoniā id possum⁹ qd ꝺ iure possum⁹. Pro quo vide capitulū. qui cōpulsis. xxij. q. v. Sed pro supradictis cōmenda memorie rogo: illaz auctoritatē matb. vij. Lata est via que ducit ad cōdēnationē. Stricta vero ad saluationez. Et sic nota quō possum⁹ cadere in peccato mortali sine auxilio diuino. s. sola dei permissione: qm̄ Amos. iij. dr̄ non est malū in ciuitate quod deus nō fecerit. i. permiserit. sed non possum⁹ surgere siue erigi sine auxilio dei. sic propheta in p̄s. lxxxviij. vbi dicebat. Spūz vadens z non rediens. Et sic etiā gene. viij. dr̄. q; ois creatura humana ab adolescētia sua magis prona est in malū q̄z in bonū. Et sic tu vide passuz nuper positū: qui docebit te qualiter a peccato vales surgere. Pro quo nota: q; cū pede gaudij ambulabis ad meritū. cū pede meroris ad delictū. Cū pede doloris ad infernū. cuz pede spei ad paradisuz. Et est spes certa expectatio future beatitudinis: q̄ debet esse cuz meritis p̄cedentib⁹: quoniā aliter nō diceretur spes sed p̄sūptio q̄daz. Et sic dicit̄ spes quedā mentis audacia de largitate dei cōcepta: habendi vitā eternā per bona merita.

qui sit spes

Sed pro ciuitate diuina vide quid dicat episcopus abulensis in li
bro numeroꝝ in capi. xxiiij. super particula qui petit reliquias ci-
uitatis.&c.vbi dicit qꝫ due sũt ciuitates.s.ciuitas dei. & ciuitas dia
boli vt Augusti.dicit. xiiij. de ciuitate dei. Et sic nota qꝫ ciuitas
dei incipit ab amore dei.vsqꝫ ad contemptũ ipsius hominis vt scꝫ
quisqꝫ ciuis illi⁹ ciuitatis omnia tẽporalia reputet vt stercora: qm̃
friuola ceca & vana.taliter vt solum christum lucrifaciat. vt apost.
ad ℔hilip. iij. Sed ciuitas diaboli incipit ab homine ab amore
sui vsqꝫ ad contemptũ christi redemptoris nostri. sic in dicto libro
numeroꝝ.capi.xxiiij.Et sic etiam dicit dict⁹ eps in dicto li.nume.
capi.xxij. super pticula quicqd volueris dabo.duo promittũt ibi q̃
maxime corda hominũ mutant.s. honor & diuitie: beat⁹ q superа-
uerit ea.Sed pro itineratione ciuitatis diuine: primo debes con-
spicere aliqua circa corpus proprium.s.contemplãdo natiuitatẽ tuã
vilissimã.vitam miserã.& mortẽ asperrimã.Secundũ ad mũdũ con
templando quantũ sit durus. durabilis & periculosus. Tertio ad
paradisum contemplando quantũ sit amenus. perpetuus & gau-
diosus.nam letitia sempiterna super capita eoꝝ: gaudiũ & leticiaꝫ
optinebũt ex vissione beatifica deũ facie ad facie intuentes iuxta il-
lud Job.Videbis faciem eius in iubilo. Jubil⁹ aũt scom grego.
est indicibilis leticia:que non potest lingua exprimi/ nec ex toto ta
ceri. ℔ro quo vide & nota verba sequentia: qm̃ notanda qa dul-
cia & amanda.O tu.A.quẽ de⁹ oipotens:cui est cura de oib⁹ an-
te mũdi costitutionẽ elegit anteq̃ p̃ disses in lucẽ: & nulla fecisses
opa bona: te de⁹ ad magnã p̃pauit gl̃iaꝫ:q̃ntũ gaudiũ tibi erit cuꝫ
habitaueris in atrijs dom⁹ dñi:& in illa ciuitate oib⁹ bonis plena
de qua valde gl̃iosa dicta sũt.Ciuitas illa quã possidebis ppetue:
nõ eget lumine solis: qr claritas dei illũinauit eã. Ibidẽ clare vide
bis ordines angelorũ:de quorũ gaudebis consortio. Ibi prospici
es choros scõrũ & virginũ:quoruꝫ eris copulatus collegio. ibi erit
tibi candor lucis estiualis.ibi tenerítas vernalis.abundantia autũ
nalis.requies yemalis: & omnia que desideras scire:ibi cognoue-
ris. ℔ulchritudo absolonis:deformitas.velocitas azoelis. tardi
tas. Fortitudo samsonis. debilitas. longanimitas ℔ athusa-

nem. ℙ Primū est quid est baptism⁹. Secūdū est quare fit in aqua Tertiū est q̄ triplex baptism⁹. sic in capitulo firmissime. xv. q.j. et etiā in ca. firmissime de conse.di.iiij. Quartū est quid est sacramē tūtantū in baptismo: z qd est res tantū: z quid ē res z sacramentū. Quintū est q̄ sūt de essentia baptismi z q̄ de solēnitate. Sextū est in quibus partib⁹ debet iniungi infans: z quare in illis partib⁹. Septimuz est quis est effectus siue vtilitas huius sacramenti baptismi. Octauū est q̄ in hoc sacramento baptismi sunt cathezismus z exorzismus. Nonum z vltimū est: quot mersiōes debet suscipere infans in aqua a sacerdote vt dicatur baptizatus. Circa primū dicē dū est q̄ secundū magi. sent.li. iiij.di.iij. Baptismus est ablutio corporis exterior sub forma verborū prescripta: que forma est Ego te baptizo in noīe patris z filij z spiritussancti amen. Uel aliter baptismus est causa sufficiens delens omne peccatū tam originale q̄ mortale z actuale siue personale excepto debito. Ad secundū dicendū q̄ baptism⁹ fit in aqua magis q̄z in alia re: q̄ gratia que datur in baptismo magis assimilat effectui aque: q̄ effectui alterius rei. Quoniā sicut aqua ista materialis z naturalis mundat maculas materiales z cōporales: ita baptismus muudat maculas spirituales. i. peccata vt in paruulis peccatū originale. in adultis peccatum originale z mortale. Ad tertiū dicendū q̄ triplex est baptismus. s. flaminis-fluminis z sanguinis. Baptismus fluminis: remouet culpam z penā: z imprimit characterem. Baptismus flaminis: confert gratiā nō semel: sed pluries. ℙ Pro quo vide quid dicat aug. in. li. xix. de floribus z iste eniz baptismus flaminis non est alligatus baptismo fluminis. Unde discipuli quidā loquente petro prius accepunt spiritum sanctuz q̄ essent baptizati vt habetur in actibus apl̄oz. Baptismus sanguinis: facit cito volare ad celū Ad quartū dicendū q̄ ablutio exterior est sacramentū tantū in sacramento baptismi. Et gratia interior est res tantū z sacramentuz z res est character qui imprimitur. Ad quintum dicendū q̄ de essentia baptismi sunt materia. forma z intētio. Et sunt octo de solēnitate. s. sal. oleū. chrisma. chrismale. glo. crismeras. saliua. cereus. flatus z patrini. Ad sextum dicendum. q̄ debet iniungi infans in

fronte vt publice fidem christi confiteat. z in vertice hoc est in parte superiori capitis: vt agenda ab eo subtilius intelligat. z inter scapulas vt iugum christi suauius portet z in pectore: vt dulci corde deus diligatur ab eo. Ad septimum dicendum q effectus baptismi est principaliter mundare a peccato originali z ab actuali et cõsequenti: z preparare ad recipiendum alia sacramenta z ideo dicitur sacramentum intrantium ad fidem christi. ¶ Vnde quo nota q peccatum originale nihil aliud est q originalis iusticie carentia seu priuatio veniẽs ex peccato pmi parẽtis sic tho. in. iiij. di. iiij. Ad octauum dicendum q in baptismo sunt catbezismus: z exorzismus Et catbezism⁹ est instructio in fide quã debent tradere patrini baptizati christi baptizato. Exorzismus est coniuratio que fit in baptismo: vt potestas diaboli repellatur. ¶ Vnde quo nota q sũt tria verba greca correspondentia tribus verbis latinis. Et sic hoc verbũ grecum baptizo correspondet huic verbo latino lauo. Et exorzizo idem est quod coniuro. z catbezizo grece idem est quod instruo latine. Ad nonum dicendum q trina inmersio vel vna debet fieri secundũ consuetudinem sic dicit magister sententiarum libro quarto. di. iij.

Sequitur de sacramento confirmatiõis. Circa quod notanda sunt tria. ¶ Primum est. quid est hoc sacramentum confirmationis. Secundum est. vnde dicitur z que est eius materia z forma. Tertium est. in q⁹ sacramẽtis fit vnctio chrismatis. Ad primũ dicendũ est. q secũ dũ quod dicit sanctus Tho. in. vj. libro sue sũme. Confirmatio est cõsignatio facta ab episcopo cũ chrismate in fronte baptizati cum certa forma verboꝝ ad audacter confitendũ nomẽ xpi. Ad scõz dicẽdũ qõ istud sacramentũ cõfirmationis dr̃ a cõ qõ est simul z firmatio. onis. qr simul firmat gratiã spũssancti q trahit in baptismo et ideo dicitur dari ad robur. Et materia hui⁹ sacramenti est chrisma confectum ex oleo z balsamo. Et forma sunt verba q episcop⁹ profert scilicet consigno te signo crucis. confirmo te chrismate salutis. In nomine patris z filij z spiritussancti. amen.

Ad tertium dicendū qꝺ in tribus sacramentis fit vnctio chrísmatis scilicet in baptísmo super caput:ad designádū susceptionē in cō firmatione. In fronte ad designandū audaciam confessionis fidei Et in ordine pꝛesbiteratus in manibus:ad significandum potestatem consecrandi dominici corꝓoris sacramentum.

ET quia peccatis nostris exigentibus multi ignoranter: ꝛ alij scienter pꝛorumpūt in hec verba asserendo talem vel talem clericum esse publicum cōcubinariū ꝓ cuius declaratiōe queritur vtrū sacerdotes habentes mulieres in domo dicantur publici concubinarij ꝛ alicui videretur ista questio valde difficilis. ꝓ cuius declaratione vide capi.tua ꝛ vestra de coha.cle.ꝛ mu.maxime super illo passu. Nullus audiat missam sacerdotis quem scit concubinam indubitanter habere. Et quia dicitur in textu missam.glo.i. etiam alia diuina officia. Dicit etiaꝫ vlterius indubitanter.i.per sententiam.ꝛ per cōfessionem.ꝛ per euidentiam facti.vt.s.quia crimen nulla tergiuersatione celari potest. Et est tergiuersatio simulatio quedam. Sed thomas suis quodlibet.quodlibet.xj.ar.viij.intercetera dicit. Attendū tamen est quod hoc nō intelligitur de quolibet sacerdote fornicario. Sed de publicis fornicarijs: qui pꝛopꝛie dicuntur publici quando iudicio ꝛ sententia ecclesie vocantur publici quod est valde notandum. Et pꝛo amplioꝛi declaratione vide ca. sciscitantib⁹. xv.q.viij.cuius contextura talis est. Sciscitantibus nobis: si a sacerdote qui fuerit compꝛehensus in adulterio siue de hoc sola fama respersus est debeatis cōmunionem suscipere:nec ne respondemus Non potest aliquis quantūcunqꝫ pollutus sit sacramenta diuina polluere:que purgatoꝛia cunctarū cogitationū exístūt qualiscūqꝫ sacerdos sit. Que sancta sunt coinquinari nō possūt: iccirco ab eo vsqꝫ quo epi'coporū iudicio repꝛobetur communio percipienda est quoniā mali bona ministrando se tantummodo ledūt. Et cereа fax accensa sibi quod detrimentum pꝛestat. Alijs vero lumen in tenebris administrat. Et tamen alijs cōmodū exhibet: inde sibi dispendium pꝛebet. sumite ergo ab omni sacerdote intrepide. i. sine ti-

more christi mysteria: quoniam omnia in fide xpi purgantur. Fides est enim que vincit hunc mundum. Et quia non dantis sed accipientis fit dicente beato Hieronimo. ad credendū omni anime baptismus est perfectus: Et in omni sacerdote corpus xpi est perfectū: qui rursus sacre scripture concordans ait. priusq; audias: ne iudicaueris quenq̄. Atq; ante probationē accusationis illate: neminē a tua cōmunione suspendas: q2 non statim qui accusatur reus est: sed qui conuincitur criminosus. Casus de manu sacerdotis q ab ecclesia tollitur licite sacramenta sumantur.

Sequitur de sacramento eucharistie circa quōd sciēda sunt septem. Primū quid est. Secundo vnde dicitur eucharistia. Tertio que sunt de eius substantia Quarto que est eius materia: z que est eius forma. Quinto quid est in hoc sacramento eucharistie sacramentuz tantū, z quid est res tantū: z quid sacramentum z res. Sexto quomodo continetur xps in hoc sacramento. Septimo in quot partes debet diuidi hostia z quare. Ad primū dicendū q̄ secūdū sanctū tho. in. vj. sue sūme. eucharistia est sacramentū charitatis tā diuine q̄z nostre sic etiā diffinit Alexander. Ad secūdū dicēdū q̄ dr eucharistia ab eu qō est bonū z charis qō est gratia quasi bona gratia. Ad tertiū dicendū q̄ de substantia huius sacramēti sūt quattuor. Primū est sacerdos. Secūdū est species panis z vini. Tertiū est intentio consecrantis. Quartū est forma verborū cōsecrationis. Ad q̄rtū dicendū q̄ materia huius sacramēti est panis triticius: et vinuz de vite: z forma sunt verba consecrationis: cum proferuntur a sacerdote super species panis z vini: cum intentione consecrādi. Ad quintum dicendū q̄ in hoc sacramento: sacramentū tantū sunt species panis z vini. Et reȝ sacramēti est corpus xpi misticū. E est sacramentū z res: corpus xpi verū. Ad sextū dicēdū q̄ xps totus ē in hostia: z totus in qualibet eius parte: sicut potest poni exemplum in sermone qui est vnus in multis auribus. sic de ista materia etiaz tractatur in capitulo cū marthe de cele. mi. Ad septimū dicendū q̄ diuiditur hostia in tres partes: propter tres personas sancte trinitatis. Sed quid significet vnaqueq3 istarū triū partiū: vide versuz

qui docebit te. Frangit in tres hostia ptes: tincta beatos. Pars siccata vivos notat. seruata sepultos.

¶ Preclara reuelatio de sacramento altaris qua dominus reuelare dignatus est fideli seruo suo Guillermo regi Scotie viro religiosissimo. et est sequens.

Vos qui gloriamini in domino: et exaltatis in precoms laudis eius venite et audite in effabilia secreta: q de sapientie sue thesauris proferes iesus christus dignatus est reuelare mortalibus. Qui licet per gratia suam plene innotuerit illis: quos in fide edocuit se in sacramento altaris quod a fidelibus sumitur: eudem ipsum esse verum deum verum qz hominem: qui sine labe de intemerata virgine carnem sumpsit: qz tamen iuxta quod aplus ait: non in omnibus est fides. et pleriqz etiam fideles quamuis hoc simpliciter credant: et vix tamen capere prevalent intellectu: ad solidandas in fide credentium mentes ad deserendam omnez altitudinez extollentem se aduersus scientia dei. Pius iesus christus in firmitatis humane conditione clemeter miserans quid excellentie. quid virtutis. quid gliorie. sacramentuz altaris in se contineat: Guillermo regi Scotie mirabiliter patefecit. Et quauis alijs nonnullis fidelibus put comperimus vel per mutationez hostie in carne christi: vel etia quandoqz in puerum eius de sacramenti veritas sit ostensa: nuqua tm legim9 vt audiuim9 qp alicui adeo plene ac lucide totum sacrm altaris effulserit: sicut memorato regi demonstratum est in spu du dormiret velut ex sequentib9 apparebit. Narratio rei. Ma cum ide rex die quada tardius surrexisset: et officiales curie ppter vanas occupationes qs habebat audire missam celerius vellent: clericos regalis capelle que a thalamis regis paululum est seiuncta: vt eis prius qua rex surgeret celebrarent precibus induxerut. Induto igit sacerdote et clericis preparatis dum ad dicenda confessione coraz sacris altarib9 essent humiliter incli-

nati: visum est regi per somniū se eidem confessioni interesse. Dua
predicta ceterisq; officijs ex more peractis vsque quo ? hostia est
oblata: intuitus rex vidit a loco quo sacerdos hostiam super corpo
rale posuerat columnam eximie claritatis exsurgere: qua vt ipsi vi-
debatur penetrato capelle culmine aere celoq; diuiso in ipō thro-
no diuine maiestatis verticē attollebat. Sub ipsa columna cerne
bat sedere iuxta hostiam speciosum pre forma filijs hominū in for
ma pueri. Cuius decoris gloria tanta erat: vt in eius cōparatione
solaris claritas nulla esset. Reflectens autē p̄fatus rex oculos ad
sacerdotem: qui tantis preerat mysterijs: vidit eum subito in luci-
dissimi christalli specie transformatum. Qui sacerdos cū ad faciē
dum super hostiam crucis signum post oblationez brachiū eleuas
set: humiliato erga eum capite suo maximus ille puer signum ipm
excipere videbatur. hec tanta tamq; stupenda rex attonitis oculis
intuens. vehementissime mirabatur. Igitur postq̄ ad tertiam re-
petitionē agnus dei mysterium misse perductum est: eleuatis ocu-
lis rex vidit erectum puerum sacerdoti pacis osculum porrigentē
At vbi perceptionis appropinquauit hora qua vt debet sacerdos
consueuit suscipere corpus christi: quod est auditu terribile. credi-
bile tamen secundum quod ait Augustinus quia nos incorpora-
mus; eum ? incorporamur ab ipso. puer sacerdotem cōmedere vi-
sus est. Et sacerdotem nihilominus integrum permanere. Uerba
Augustini sunt vt dictum est. cresce ? manducabis me: non ego
mutabor in te: sed tu mutaberis in me. In quo Rex vltra quam
credi valeat stupefactus ? ad sacerdotem voce trepidantis excla-
mans. Quid est inquit quod tu non suscipis corpus christi? Et
sacerdos quia vt cernis ipse me incorporat sibi. Protinus Rex
ad eum. Et quis est ipse tantus puer ? tantaq; ineffabili glo-
ria laureatus. Ad quem sacerdos. Hic est inquit dominus me-
us ? tuus etiam o Rex. Nam Rex regum est et dominus domi-
nantium: Rexq; omnium seculorum. Prostratus igitur Rex
continuo coram eo: vt sui misereretur supplicīter precabatur. Quē
cū puer obliquo prius oculo respexisset. Et rex humiliter ab eo q̄-

reret si posset obtinere misericordiã apud eũ. Respondit puer pijs-
simus:impetrabis. Jnsistente vero rege precib⁹ indefessis vt ei be-
nedictionis sue gratiã largiret. Eleuata puer dextera:benedixit eũ
dicens. Benedictus sis tu a patre meo ⁊ a me: ⁊ a spiritu sancto:
qui a patre ⁊ a me procedit. Sicqz cũ sacerdote suo per memoratã
columnam celorum sublimia petens episcopum cum omnibus
quorum in officio misse facta fuerat memoria paterne magesta-
tis oculis presentauit. Et sub eodem memento sacerdos ad ter-
ram visus est redijsse. Completo itaqz sacramento excitatus rex
ad vocem vnius: ex clericis dum sacerdoti post dominus vobi-
scum ⁊ cum spiritu tuo resonantior in voce q̃z ceteri respondisset:
cepit ea q̃ viderat mente solicita pertractare. Gaudensqz in dño su
per his vehementer benedicebat ⁊ collaudabat deũ altissimũ qui
sibi tanta mysteria demonstrarat. Nulli tñ ea pandere voluit:quo
adusqz perpendere potuit. Quis nam esset sacerdos cui talia con-
tingerint: qui non diceret. A domino factum est istud: ⁊ est mira-
bile in oculis nostris:⁊ alia huiusmodi. Hec pro vt sũt expressa re-
tulit dñs Galterus venerabilis glascouensis episcopus domino
Arnaldo cisterciensi abbati: ⁊ quibusdam alijs religiosis in domo
cistercij dum rediret a consilio generali Jnnocencij pape quarti.
A quibus quidam monachus Cisterciensis sitienter ea percipiẽs
idest maxime cum desiderio ad honorem domini nostri ihesu chri-
sti:⁊ ad deuotionem excitandam legentiũ cordibus curauit scriptu
re cõmendare. Credentes ista ⁊ pro eo qui ea scripsit orantes: pa-
cẽ ⁊ benedictionez quam felix rex iste promeruit: ⁊ ipsi accipere me
reantur per omnia secula sclorz amen.

Sed pro supradictis vide quid dicat Augusti. in ps.
xlv. super particula deus sedet super sedem sanctam
suam. glo. q̃ tunc promittebatur futurũ nũc imple-
tũ agnoscitur ⁊ tenet. deus sedet super sedem sanctaz
suã. Quãdo sedes eius sancta est. forsitan celi: ⁊ bene intelligitur.
Ascendit enim xps sicut nouimus cũ corpore: in quo crucifixus est:
⁊ sedet a dexteram patris. i. ad equalitatẽ patris: inde eũ venturuz
expectamus: ad iudicandos viuos ⁊ mortuos. i. tam bonos q̃z ma

los homines. Sedet super sedem sanctã suaz: celi sũt sedes sancte eius. Uis z tu esse sedes eius noli putare te non posse esse. Para illi locũ in corde tuo: quoniã veniet z libenter sedebit. Ipse certe est dei virtus z dei sapientia. Et quid dicit scriptura de ipsa sapientia Anima iusti: sedes sapientie. Si ergo anima iusti sedes est sapientie: sit anima tua iusta: z eris regalis sella sapientie. Et reuera fratres omnes hoies qui bene viuunt: qui bene agunt scõz charitatẽ piam conuersant. Nonne deus in illis sedet z ipe iubet: z obtemperat anima sedenti in se deo: z ipsa iubet mẽbris: Anima enim tua sancta iubet mẽbro tuo quo moueatur pes: quo manus: quo oculꝰ: quo auris z sic de singulis. Et sic iubet ipsa anima sancta mẽbris tanquã famulis suis. Sed z ipsa seruit interius insidenti sibi domino suo. Non potest inferiori se bene imperare: nisi superiori se non fuerit dedignata seruire. Et sic deus sedet super sedem sanctã suã Hec augu. vbi supꝛ. Et sic tu si sapiens fueris: istoz memoreris: et sic ista sunt verba valde notanda: quoniam verba aurea. Et sic ꝓ dictis z multis alijs nota quid dicatur Esaye. xxxviij. z est In diebus illis egrotauit Ezechias vsqz ad mortez: z introiuit ad eum Esay. filius Amos propheta: z dixit ei. hec dicit dñs deus. Dispone domui tue: quoniã morieris tu z non viues. Et sequit. Ego adijciaz super dies tuos quindeciz annos. glo. Ista fuit prophecia comminationis: que est quando fit reuelatio prophete alicuiꝰ futuri pro vt est in dispositione diuina z eius prescientia. hoc infallibiliter impletur: qr diuina prescietia est immutabilis. Prophetia aũt suprapositа qua dixit Esayas morieris tu z non viues: fuit prophetia cõminationis: q̃ est quando reuelatur aliquid futurum. non pro vt est in mente diuina: sed pro vt est in causis inferioribus quoniã in deo consiliũ non mutatur id est cognitio dei: sz bene quã doqz opus: vt ait augusti. li, de floribus. Et sic erat de infirmitate Ezechie: que erat incurabilis per naturam: non tamen per hoc excludebatur quin diuina virtute curaretur: z ideo talis prophetia non semper adimpletur. Et pro dicta materia vide cap. incõmutabilis. xxij. q. iiij. vbi inter cetera dr. Si penitentiaz egerit gens illa a malo suo agam z ego penitentiã a malo quod cogitaui vt fa-

cerem ei. Cogitaui. glo. i. videor cogitasse. Et eps Abulen. dicit hic morieris tu. idest peccata tua petut pro presenti te/mori: quod nota. Et sic licitu est cuicuq; audire vt ait Sapi. puer. j. sapiēs au diēs sapiētior erit. Et Hieron. in phe. bib. ait. Habet nescio qd latentis energie viue vocis actus: vox mgri in aures discipuli fortius sonat. ¶Incipit sermo fratris Augustini de Leonissa.

ET sic frater augustinus de Leonissa in sermone diui Joan. euangeliste inter cetera dicit verba seqnentia: quem sermonem fecit in concilio Basiliensi anno domini. m. cccc. xxxiij. Et fuit thema facies aquile de super. Ezc. j. Et sic inter cetera dixit. Secundo contemplemur de illis quattuor animalib9 z ipoz situationē vt dicit Ezech. zc. Illa erant situata z posita in circuitu cuiusdā electi. per electum intelligo dei filium pro nostra redemptione ab eterno electū: qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionē: vt essemus sancti z immaculati in cōspectu eius z in mundū veniens p incarnationē infima mundi elegit: vt confunderet fortia. Stat autem in medio quattuor animalium: quoniam fuit homo in sua incarnatione. fuit bos in sua passione. fuit leo in sua resurrectione. et fuit aquila in sua ascensione. Homo est enī rex omnium creaturarum. Leo omniū bestiarū. bos omnium iumentorum. aquila omniū auium. Christus verō de regali pgenie ortus est rex regū z dominus dominantium. qui comparatur electo auro z argento composito: quoniam ei9 persona constat ex auro z ex argento hūanitatis. In cui9 circuitu sunt ḡttuor aīalia: qm̄ hac intentione quattuor euangeliste scripserunt euāgeliū vt toti mundo ostēderēt xp̄z eē vez deū z hoiez quoz euāgelica dicta ituēs sāct9 Effrē monach9 in quodā pmōe quē fecit ō trāsfiguratiōe ist9 electi sic ait. Si nō erat de9: Gabriel quē dīz vocat: Si nō erat homo: quē Maria in ventre gestabat. Si non erat de9 Helisabeth quē salutabat. si nō erat hō: in p̄sepe qs iacebat. si non erat deus: magi quē adorabant. si non erat homo Joseph quē circūcidebat. Si nō erat de9: colūba quē p̄testat. si non erat homo Joannes quē baptizabat. Si non erat deus mare z vēti cui obediebant. Si non erat homo: in naui quis dormiebat. Si

non erat deus: peccata quis relaxabat. Si erat non homo: indeb-
to quis esuriebat. Si nõ erat de⁹: mortuos quis suscitabat. Si nõ
erat homo: cibos quis sũmebat. Si non erat deus: latroni paradi
sũ quis donabat. Si nõ erat homo: in cruce quis pendebat. si nõ
erat deus: sol lucẽ propter quẽ deponebat. Si õ erat homo / in se-
pulchro quis iacebat. Si non erat deus: die tertia quis resurge-
bat. Si non erat homo: Thomas quẽ palpabat. Si non erat de⁹:
in celũ quis ascendebat. Si non erat homo: cicatrices christi quis
ostendebat. z sic de singulis. Igitur q⁹ verus deus est: propria vir
tute super omnem creaturã ascendit. Quia ver⁹ homo est: cicatri-
ces z vulnera: pro nobis patri ostendit: premaxime vulnus lateris
de quo nullus euangelista loquitur ardentissime nisi Joannes: vt
merito dicatur facies aquile desuper. Tertio contemplemur de il-
lis quattuor animalibus: ipsoꝝ descripsionẽ attendentes. Quili-
bet nanqꝫ ipsoꝝ describitur a propheta Ezechie. cum quattuor pe
dibus. Et cum quattuor manibus. Et cum quattuor pennis. Et
cũ quattuor faciebus. ℙer pedem intelligo affectionẽ. ℙer ma
nũ operationẽ. Et per pennas contemplationẽ. ℙer faciẽ discre
tionẽ. Quattuor erant pedes: qm̃ prelati quattuor debent habere
affectiones. Quarũ due sũt de presenti: z duo de futuro. De pre-
senti sunt gaudiũ z dolor: sed de futuro sunt spes z timor. Gaudi
um est de bono. Dolor de malo. Timor de supplicio. Spes de pre
mio. Ambulate ergo cum pede gaudij ad meritum. Luꝫ pede do
loris ad delictũ. Etiam cum pede doloris ad infernũ. Cum pede
spei ad paradisũ. Qm̃ spes est certa expectatio future beatitudinis
z quedã mentis audatia de largitate dei concepta habendi vitam
eternã p bona merita. ¶ Segt̃ de sacro peñie. Circa qõ sciẽ-
da sũt septẽ. ꝑmũ qd est peñia. scõm vñ dr̃. tertiũ q̃ c̃ ei⁹ materia z q̃
est ei⁹ forma. quartũ qd est sacr̃m tm̃: in sacro peñie: qd res tantũ:
z quid sacr̃m z res. quintũ quot sunt partes vere penitentie. Sex-
tũ que sũt condictiones vere confessionis. Septimũ est cui debet fi
eri confessio. Circa primũ dicendũ est: q⁹ sicut dicit magister sen-
tentiarũ libro. iiij. distin. xiiij. Secundũ augustinũ. penitentia est
quedã dolentis vindicta puniens in se quod dolet se commisisse.

Segnit de
mento pe
tentie

Ad secundū dicendū q penitentia dr a puniendō qua quis punit illicita q cōmisit. Ad tertium dicendum q materia huius sacramēti est penitens. Forma sunt verba absolutiōis. s. ego te absoluo. ꝛc. que profert sacerdos cum intentione faciendi quod ecclesia instituit. Ad quartum dicendū. q actus exterior exercitatus a confessore z a penitente: est sacramentū tm̄. Res tm̄ est remissio peccati. Res aūt z sacramentū est penitentia interior. Ad quintū dicendū q partes vere penitentie sunt tres. s. contritio. confessio z satisfactio. Et quāuis cōplementū peccati potest esse in actu cordis solius / vl corporis z oris in simul vel omniū triū insimul. s. cordis. oris. z operis tamen ad perfectionez vere penitentie debet esse omniū horū triū aggregatio si assit facultas qr absolutio que datur in penitentia est permanens. Ad sextū dicendū q condiciones vere confessionis sunt iste. s. q confessio debet esse simplex. pura. fidelis. frequens. nuda. discreta. libēs. verecūda. integra. secreta. lacrimabilis. accelerata. fortiter accusans. z parere parata. Ad septimū dicenduz qd cōfessio debet fieri sacerdoti habenti claues: que claues sunt scientia discernendi: z potestas ligandi atqz soluendi: per que penitenz absoluitur a peccato z restituitur ecclesie z recōciliatur xpo z donis spiritualibus z de filio diaboli efficitur filius dei: hec sanctus Thomas li. vj. sūme. ca. xx. Sed p declaratione vnī cuiusqz pticule supradicte vere confessionis vide sūmaz antoninā in tractatu confessionis. Multa alia sunt dicenda circa confessionē: sed in tractatu quē fecim⁹ de confessione sunt determinata. Tho.

Sequitur de sacramento extreme vnctiōis circa quod scienda sunt sex. primū quid est. secundū quando institutū est. Tertiū quid est in hoc sacramento sacramētū tantū. Et quid est res tantū: z quid sacramentum z res. Quartum quid est forma eius z materia. Quintū in quibuz partibus corporis debet fieri vnctio. Sextū quid est eius effectus Circa primū dicendū est quod extrema vnctio est sacramentum ex vnctione per oleum sanctificatum facta: conferens infirmis remediū contra peccati reliquias: z si expediat alleuiationē ferens infirmitati. Ad secundū dicendū est qd institutū est Jacobi. v. Quan-

do xp̃s misit vngere z sanare infirmos. Ad tertiū dicendū q̄ sacra mentū tm̃ i extrema vnctiõe est vnctio olei benedicti exterior: z res tm̃ est effectus duplicis sanitatis z sacr̃m z res ē vnctio interior iu cũditatis z leticie ex pccõz remissiõe. Ad q̃rtū dicz. q̄ materia b⁹ sacr̃i ē oleū oliuarū bñdictū ab ep̃o. Et forma sunt v̄ba q̃ dicit sacerdos. s. p istã scãz vnctionẽ z suã pijssimã miaz. ꝛc. Ad q̃ntū dicz q̄ dz fieri vnctio secz cõsuetudinẽ. in oculis. in naribꝫ. in ore. in manibꝫ. in pedibꝫ. in auribꝫ. in pectore. in lũbis in viris. z in mulieribꝫ in renibꝫ vl̃ in vmbilico. z mutilato aliquo mẽbro dz inungi in loco illius mẽbri vel mẽbrorz. Ad sextũ dicendũ q̄ effect⁹ hui⁹ sacr̃i est pccõz venialiũ remissio: z v̄tutũ ampliatio: z sic dr̃ Jaco. v. Infirmat̃ aliq̄s i vobis inducat p̄sbiteros ecclesie: vt orẽt sup eum: vngẽtes eũ oleo in noĩe dñi: qz vt dicit glo. de appel. in. c. q̃ fronte. q̄ hõ ꝓpter peccatũ citi⁹ mori p̃sumit̃. sic. xj. q. iij. in. c. ep̃i. z xij. q. j. c. ij. z. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Et glo. ordina. sup v̄bo thematis dicit q̄ mlti ꝓpt̃ peccatũ plectũt̃ morte corpis. Hinc ē q̄ saluator ꝓuidẽs de remedio cõtra pccã hominũ sanorz. vt de peñia. ꝓuidere etiã dignat⁹ ē de remedio cõtra pccã hoiuz infirmorz: vt de extrema vnctione: p quã q̄dẽ peccata venialia dimittũt̃: z etiã infirmitas corpis interdũ alleuiat̃. Añ seq̃t in themate. Et ora fidei salvabit infirmũ: z alleuiabit eũ dñs. glo. interlinealis. i. si contigerit eũ mori: z sic dimittent̃ ei peccata z bene hoc expressũ est in apostolis: de quibus dr̃ Marci. vj. q̄ vngebãt oleo multos infirmos et sanabant̃: q̄ vtiq̄z fit virtute hui⁹ sacr̃i z nõ alia simplici vnctione: nã apli tũc vngentes cõferebãt hoc sacr̃m a xp̃o eius p̃ceptuz vñ dicit Nico. de li. super Marcũ vbi supra q̄ ex eo q̄ apli sic vngebant: pz q̄ vnctio extrema q̃ est infirmorz: fuit a christo instituta q̃ est cõtra multos dicẽtes q̄ Jacobus Aplus in v̄bis p̃missis eũ instituisset: q̃ falsũ est cũ nullus apl's aliquod sacr̃m instituere potuit. sed bene publicare potuit institutũ. Et hoc fecit Jacob⁹ in verbis premissis nostri thematis dicẽs infirmat̃ quis i vobis. ꝛc. Añ dicit Tho. in q̃rto. di. xxiij. q. j. ar. iij. q̄ oĩa sacr̃a xp̃s instituit p se. Sz q̃ sũt difficiliora ad credẽdũ illa p se ꝓmulgauit. Alia aũt fuauit aplis ꝓmulgãda sic extremã vnctionẽ z cõfirmationẽ. Añ per

ista vba thematis nostri a Jacobo fuit istud sacramentū promulga tū ꝛ non institutū. Diffinitur aūt extrema vnctio sic scōm Scotū vbi supra. Est vnctio infirmi hominis facta i partib⁹ determinatis corporis cū oleo cōsecrato ab epō ministrata a sacerdote certa verba cū intētiōe debite ꝓferēte: ex institutiōe diuina efficaciter significās curationē venialiū. Ex qua diffinitione satis pz euidenter a quo debeat istud sacramentū conferri: ꝛ ex qua materia. ꝛ sub qua forma: ꝛ de qbus p ordinez est vidēdū. Et ꝑmo sciendū est qō materia hui⁹ sacramēti vt dictū est: est oleū oliue ab episcopo cōsecratū. Et nō est oleū balsami sicut in cōfirmatione. Cuius ratio ē qm̄ qui habet exire de via. i. de vita mortali: nō oportet q̄ habeat odorem bone fame: q̄ p balsamū designat: sed sufficit ip̄m habere bonā conscientiā. Nec potest hoc sacramētū conferre vel ministrare nisi fuerit sacerdos. ꝛ si ali⁹ cōfert nihil facit. vnde in diffinitione dicit. a sacerdote ministrata. Secūdo sciendū est de forma hui⁹ sacramēti: q̄ est septuplex. s. ad septē vnctiones principales. Circa qō sciendū q̄ in qbusdā ecclijs dr̄ ista forma in collatione hui⁹ sacr̄i. vngo oculos tuos oleo sanctificato in noie patris ꝛ filij ꝛ spiritusſancti. amen. Silr vngo nares. ꝛc. Et consequēter vngo labia. manus ꝛ pedes. ꝛc. Sz in rei vitate ista verba nō sūt vera forma hui⁹ sacr̄i sed bene sūt dispositio ad formā. Forma aūt hui⁹ sacr̄i vera hec est Per istā scām vnctionē ꝛ per istā sacratissimā benedictionē indulgeat tibi dns quicqd deliqsti p visū. Silr resumēdo sup aures. nares. labia. manus. ꝛ pedes. Licet aūt in hoc sacr̄o fiant multe vnctiones: vltima tm̄ vnctio. s. q̄ fit in pedib⁹ est forma respectu omniū precedentiū: ꝛ agit in virtute omniū. Et ideo in vltima vnctione gratia infundit: q̄ effectū sacr̄i p̄bet. vñ ꝟm tho. in. iiij. di. xxiij. Si iam aliq̄ ptes eēnt incepte ꝛ p̄sbiter deficeret sicut cōtingit in pestilentia qō factū est: nō debet iterari: sed vnctiones q̄ restant per aliū sacerdotē debent cōpleri. Sint ergo p̄sbiteri cauti: vt deceto corrigant libros suos ꝛ agenda. in quibus communiter habent formam sacramenti huius per illa verba. vngo oculos tuos vl̄ nares tuas. ꝛc. Istud eni sacramentū confertur per modū suffragij scōz Tho. ꝛ ideo datur p solam orationē ꝛ per verba optatiui modi. vn

de dixit Jacobus in vbis thematis. Inducãt ꝑsbiteros vt orent ꝓ eo. illa vero verba vngo oculos tuos. ꝛc. nõ sũt de substãtia sacramẽti: sed de bene esse scõz Petrũ de Tharan. di. xviij. ꝛ tho. in. iiij. q. iiij. ar. ij. Quib⁹ aũt hoc sacr̃m cõferendũ sit. Rn. dicendũ. ꝙ solũ est dandũ infirmis ꝛ nunq̃ sanis. nihil enim efficit in eis ꝛ hoc pz ex diffinitione prius data: in qua dr̃ ꝙ hoc sacr̃m est infirmi bois nec debet dari infirmis istud sacramentũ ex periculo exterioris violentie puta armoꝝ: vel submersionis scõm doctorem subtilẽ in quarto. di. xxiij. Et ex hoc soluo vnũ dubiũ. De quo cũ andirẽ sentẽtiarũ libros: dubitabatur a lectoribus ꝛ a formatis bac cathedris sacre theologie an hoc sacramẽtũ extreme vnctionis valeat vulneratis vel submergẽdis: pz enim ꝙ nõ. Dico enim ꝓbabiliter ꝙ si quis est vulnerat⁹ ꝛ ex vulneribus inflictis incidit in infirmitatẽ longã: ex qua desperatur de vita eius: puto ꝙ sit ei hoc sacr̃m dandũ: si alias recẽter vulnerato: ꝛ iam decedẽti nõ sit dandũ similiter suspẽdẽdo vl̃ submergendo nõ est dandum: quoniam illi non dicuntur infirmi neqz moriuntur ex defectu nature: sed ex euẽtu fortune secundũ Petrũ. Item hoc sacramentũ non debet dari pueris furiosis ꝛ amẽtibus: qui prius nõ petierũt hoc sacramentũ. Si qz tñ senio deficeret subito in articulo mortiz potest ei hoc sacramẽtum extreme vnctionis dari. Sed tamẽ adultis vsum rationis habentib⁹ non datur nisi petant specialiter. Sed tamẽ qui in vita sua habuit bonũ ꝓpositũ omnia sacramenta sibi necessaria vel vtilia suscipiendi: etiaz si ammitteret loquelam vngatur in nomine christi. Non debet etiam quis inungi sepius in eadẽ infirmitate: nisi eadem infirmitas vltra annũ protrabatur: ita quod in vno anno in eadem infirmitate nullus bis inungatur: ne sacramentum istud vilescat. Iteratur tamen hoc sacramentum in diuersis infirmitatibus vel in eadem recidiua: quia non habet effectum perpetuum: eo quod sanitas mentiz ꝛ corporis que sunt eius effectus reiterari possunt ꝛ ammitti ꝛ recuperari. Debet autem fieri vnctiõ extrema super organiz quinqz sensuum corporalium: qui sunt quasi prime radices peccandi. Unde oculi vngunt̃ ꝓpter visum: quo

peccam⁹. Aures ꝓpter auditū: nares ꝓpter odoratū. Labia ꝓpt gustū. man⁹ p:opter tactū. pedes vero ꝓpt vim motiuā qꝫ nō est de neceſſitate. Cor aūt nō vngat qm̄ est p:incipiū imediatū vite ꝛ remotū actionis neqꝫ genitalia ꝓpter imūdiciā ꝛ reuerentiā sacr̄i: nec lingua ꝓpter abhominationē. Itē scōm Thomā mutilati in ungi debent quanto ꝓpinqui⁹ possint circa partes que inungi debuerant. qz q̄uis nō habēt mēbza tñ hñt potētias q̄ illiꝫ mēbziꝫ debent saltiꝫ in radice: ꝛ ideo interi⁹ peccare possūt ꝓ ea q̄ ad eos pertinent ꝛ effectus extreme vnctionis scōm Thomā est q̄dā sanitas spūalis q̄ datur cōtra q̄dā debilitatē vl ineptitudinē: q̄ in nobis relinquit ex peccato actuali vel originali cōtra quā debilitatē homo roboratur per hoc sacr̄m. Et qz hoc robur seu fortitudo gratiā facit: secū nō cōpatitur peccatū ideo ex consequēti si inuenit peccatū aliqꝫ veniale vel mortale oblitū quo ad culpā tollit: dūmodo non ponat obex ex parte recipientis. Secūdari⁹ aūt effect⁹ eius est corporalis sanitas. Sed diceres quare nō semꝑ hō infirm⁹ vnct⁹ surgit de infirmitate: ſꝫ sepi⁹ morit: ℟. qꝫ cū isto sacr̄o sanitas est effectus secūdari⁹: ꝛ ideo nō dat nisi scōm qꝫ expedit ad sanitatē spūalē qz tūc semꝑ eā inducit dūmodo nō sit impedimētū ex parte recipiētis. Unde pꝫ qꝫ si vnctus in extremis nō surgit ab infirmitate illa per illā vnctionē: signū est qꝫ sanitas corporalis est sibi nociua ꝛ vult deus poti⁹ cū sic habere infirmū q̄ sanū. Uel signū est qꝫ infirmus nō bene dispositus est in conscientia: ita qꝫ adhuc aliquod habet impedimentū qꝫ impedit ne sanitas corporalis sibi restituatur alias raro fallit. In hoc enī sacr̄o vnctio exterior est sacramentum sed res sacramenti est sanitas corporis ꝛ anime. Res aūt ꝛ sacramentū est vnctio spūalis interior. i. mentis iocunditas vel solatiuꝫ. Potest aūt hoc sacramentū extreme vnctionis conferre vel ministrare cum vno clerico: qui sibi respondeat ad orationes ꝛ ad psalmos qui ibi dicūtur. Si tamen caret clerico potest solus expedire totū secūdū Guillelmū ꝛ Hostien. Si aūt vngit sacerdos: nō est op⁹ clerico qui respōdeat ad. p̄s. ꝛ or̄ones: sed ipsemet respōdeat solus dicens cum dicitur in letania sancta maria ora pro me. ꝛc̄. similiter cū dicitur a morte perpetua: respōdeat libera nos domine.

nec vngaꝫ sacerdoti manus in palmis interioribus: qm̃ ibi vncte sũt per episcotũ in ordinib⁹. Sz exteri⁹ vngaꝫ in superficie, ꝺ hoc tñ nõ est magna vis qualitercũqz faciat. sz tñ illud securi⁹ est ꝛ tutius. practica hui⁹ sacr̃i est facilis. Nã premittit sacerdos primo veniens in domũ infirmi septẽ psalmos penitentiales cũ letania. demũ q̃rat ab infirmo si postulat sacrã vnctionẽ. Tertio dicit orationes positas in libello ad hoc cõgruas. Quarto vngit eũ forma supradicta. Quinto tergit cum stupa canapi vulgariter cañamo: vel lini loca vncta ꝛ ꝓijcit in ignem. Sexto lauat manus sale ꝛ aqua. ꝛ similr proijcit ad ignẽ. Septimo alligat loca illa mundo pãniculo vsqz ad tertiã diẽ: q̃ tertia die cõburet. Octauo relingt signũ passionis christi in cuius virtute istud sacramentũ sicut ꝛ alia habent vim tutẽ sanatiuã anime ꝛ corporis. Sed pro ampliori declaratione istius sacramẽti extreme vnctionis vide magr̃m sentẽ. in. iiij. di. xxiij. ꝛ ibi tho. in solutione scõe. q. ad primũ cui⁹ ẏba sunt Ad primũ ergo dicẽdũ. ꝙ q̃libet infirmitas augmẽtata potest mortez inducere. Et ideo si genera infirmitatũ pensent in q̃libet egretudine hoc sacramentũ potest dari qõ apostolus hoc nõ determinat Sz si pensẽt infirmitas modus stat⁹ nõ semp debet infirmantib⁹ hoc sacr̃m extreme vnctionis dari. Et si hoc sacr̃m extreme vnctionis nõ debet dari oĩbus precipue furiosis amentib⁹ q possent irreuerentiã sacr̃o per aliquã immũdiciã facere nisi haberent lucida intervalla: ingbus sacr̃m recognoscerẽt: ꝛ sic eis in statu illo conferri posset. Et dicunt lucida intervalla. s. in tpe sanitatis. Et in articulo supradicto. iiij. sen. di. xxiij. ad. v. in solutiõe quarte. q. dr. vnde sicut eucharistia nõ debet dari pueris. s. nõ determinantibus. i. decernentib⁹ inter cibũ corpalẽ ꝛ spũalẽ: ita nec talib⁹ debet dari sacramentũ extreme vnctionis sic tho. vbi supra. in quarto. di. xxiij. ad v. qõ nota qm̃ quotidie accidere potest. Et sic sacramentũ extreme vnctionis nõ dz dari alicui nisi semel in anno qõ est verũ nisi infirmitas iteret: qm̃ tũc totiẽs quotiẽs infirmitas iterat̃ poterit hoc sacramẽtũ iterari. Et nõ dz hoc sacr̃m extreme vnctiõis dari nec administrari nisi illis q scõm apparẽtiã sũt magis ꝓpinqui morti q̃ vite corpali ẽm estimationẽ hominũ vt dictũ est. Pro quo vide tho.

ſuo.iiij.di.xriij.ad quartū in ſolutione.ij.ārgumēti.cui⁹ v̄ba ſūt.ad ij.dicz q̄ illud qđ eſt ſcōm exiſtimationē hoīm extremū: qñz ſcōm rei veritatē nō eſt extremū. Et ſic dr̄ hoc ſacr̄m extrema vnctio: qz non dz dari niſi illis: quoz̄ mors naturalis eſt propinqua ſcōm exiſtimatiouē hoīm. z ſic vide.c.cū nōnūq̄z de pe. z re. vbi dr̄ nōnūq̄z infirmitas corpalis ex̄ pccō ꝓueniat.

Seqū de ſacro ordinis ſcienda ſūt octo. Primū quid ē ordo. Scōz quot ſūt ordines: z quot ſūt maiores z q minores: z quare maiores dicunt maiores: z q̄re minores dicūt miores. Tertiū quot z q̄ ſūt ō ſubſtātia hui⁹ ſacr̄i. Quartū: qđ eſt in hoc ſacro ordinis ſacr̄m tm̄ z qđ res. Quintū q̄ etas regrit̄ in ordinādis tam in minorib⁹ ordinib⁹: quā in maioribus. Sextū q̄ impediūt ordinādū: licet nō habeat cul pā: ſz nō ſine cauſa. Septimū q̄ xp̄s exercuit iſtos ordines. Octauū q̄ ſūt officia z actus iſtoz̄ ordinū ſiue ordinatorū. Circa primū dicendū ꝙ ſcōm qđ dicit magiſter ſen.di.xriiij.ꝙ ſcōm hugonē ordo ē ſigna culū quoddā in quo z p qđ ſpūalis ptās ſeu officiū tribuit ordinato. Ad ſecundū dicendū ꝙ q̄uis iuriſte ponāt nouē ordines ſcōm nouē choras angeloz̄: tamē theologi ponūt ſeptē ſcōm ſeptē dona ſpūs ſcti: q ſūt hoſtiariat⁹: lectorat⁹. exorziſtat⁹. accolitat⁹. ſubdiaconat⁹. diaconat⁹. z preſbiterat⁹. Et quattuor primi ſūt miores qz minus accedūt ad ordinē preſbiterat⁹. Ad tertiū dicendū ꝙ de ſubſtātia huius ſacr̄i ſūt ſex. Primū ē poteſtas ordinātis: qz oportet ꝙ ſit ep̄s. Scōz eſt materia: vt vnctio cū oleo z balſamo in manib⁹ ſacerdotū. Tertiū ē forma v̄boz̄ q̄ diuidit̄ ſeu diſtinguit̄ ſcōm ordinē q recipit̄. Quartū eſt ſexus. qz mulier nō recipit characterē ordinis cū nō ſit capax dicti ordinis rōe ſexus. Quintū eſt ꝓpria intentio. Sextū qđ ordinandus ſit baptizatus z cōfirmatus. Ad q̄rtū dicēdū qđ ſacr̄m tantū in ſacro ordinis eſt: viſibile ſignū quo poteſtas ordinati oſtēdit̄. Res tm̄ ē gr̄a q̄ cōfert̄ digne recipiēti. res z ſacr̄m ē character q ip̄mit̄. Ad.v.dicz qđ minores ordines ante ānos diſcretiōis ſuſcipi z cōferri poſſūt ſi neceſſitas ē idoneitas z ſpes ꝓfectus z ſcōz qđ dr̄ in cle. de eta. z q̄li.or.c.j. ordinādus ī ſub diaconū dz eē. xviij. annoz̄. In diaconū vo dz eē. xx. annoz̄. In ſa

cerdótē.xxv.annorū:z sufficit attingere annū.xxv. In ep̄m.xx.an
norū. Ad.vj.dicz.qđ multa sūt q̄ impediūt ordinādū sine culpa or-
dinādi:sed nō sine causa.vt si ordinādus est ignotus nō dz ordina-
ri.vt dī ex de pere.ca.j.neqz si sit bigamus:xlvj.di.c.a cūctis.neqz
si sit neophitus corpe viciatus.xx.ijq.j.c.legi.nec si sit de illegittimo
mr̄imonio natus extra de filijs p̄sbiterorū.c.j. neqz si sit seruus ex
tra de ser.non ordi.c.j. etiā qñz obligatus ad ratiocinia expellitur
ab ordinibus. Dec oia sanctus tho.li.vj. sūme. ca. xxxvj. Ad.vij.
diczqđ xp̄s exercuit ordinē hostiariat⁹: qñ eiecit vēdētes z emētes
de templo. Ordinē lectoratus: qñ in medio senioz accipiēs librū
legit spūs dñi sup me.zc. Ordinē exorzistatus: qñ demoniacos sa
nauit. ordinē acollitatus qñ dixit ego sū lux mūdi. Ordinē subdia
conatus: qñ post cenā linteo se precinxit z pedes discipulorū lauit
Ordinē diaconatus: qñ in cena corpus suū ministrauit discipulis
suis z dormientes apl̄os excitauit. Ordinē p̄sbiteratus quando
in die cene panez z vinū in suū corpus z sanguinē mutauit z se in
ara crucis obtulit. Ad octauū dicendū qđ actus hostiarioū est cu
stodie locū cōfessiōis sacramētorū ab his q̄ imūdi determinati sūt
s.excōmunicatis. actus lectorū est prophetias legere. actus exorzi-
starū est arcere demones p cōiurationē ne dominēt in corpore non
dū baptizato. actus acolitorū est designare lumē euangelij in lumi
ne naturali. actus subiaconatus est oblationes accipere ab offerē-
tibus z eas offerre diacono. legere epistolam nō est actus princip̄a
lis diaconi sed actus consequens. Actus diaconi est ordinare bo-
stias in altari. legere euangelium vel predicare non est actus prin-
cipalis diaconi:sed est actus consequens. Actus p̄sbiteri est con
secrare corpus z sanguinem christi. ligare auctoritate vel soluere
non est actus principalis: sed consequens actus. Sed pro amplio
ri declaratione istius materie vide Thomam in. iiij. di. xliiij. ad
tertium z per totam. di. Sed in dicto argu. tertio in corpore dicit
Tho. Unde episcopus in collatione ordinū duo facit. Prepa-
rat enim ordinandos ad ordinis susceptionem z ordinis potestatē
tradit:preparat quidem z instruendo eos de proprio officio z ali-
quid circa eos operando vt idonei sint potestatem accipiēdo. que

quidem potestas in tribus consistit. s. in benedictione. z in manus impositione z in vnctione. per benedictionem diuinis officijs mancipantur: z ideo benedictio datur. Sed per manus impositionem datur plenitudo gratie: per quã ad magna officia sint idonei: ideo solis sacerdotibus z diaconis fit manus impositio: quia eis competit dispẽsatio sacramẽtorũ quãuis vni sic principali z alteri sicut ministro. Sed vnctio ad aliquod sacramentũ tractandũ consecratur. z ideo vnctio solis sacerdotibus fit: qui pprijs manibus corpus xpi tangunt. Sic z calix inungitur qui continet sanguinem: et patenã q̃ continet corpus. Sed potestas collata fit per hoc qõ datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet. Etiam quia principalis actus sacerdotis est cõsecrare corpus z sãguinẽ xpi. qõ nota

Segũ de sacro mrimonij: circa qõ sciẽda sũt sex. Primũ qd ẽ. Scõz vñ dr: z q̃re magis dr a matre q̃ a patre. Tertiũ qñ fuit institutũ. Quartũ q̃ etas requirit in recipiẽtibus hoc sacrm. Quintũ q̃ sũt bona mrimonij Sextũ q̃ sit causa efficiẽs mrimonij: z q̃ sit causa materialis z formalis z finalis. Circa pmũ dicẽdũ qõ mrimoniũ ẽ viri z mulieris cõiũctio indiuiduã vite cõsuetudinẽ retinẽs. Ad scõm dicẽz qõ dr de mater. tris. z muniũ. ij. quasi matris muniũ: quia hoc officiũ magis apparet in matre q̃z in patre. Ad tertiũ dicendũ qd fuit institutũ in paradiso terrestri ante pecatũ ade cũ dictũ fuit. Crescite et multiplicamini z replete terram. Ad quartum dicendũ qd scõm qd dicit mgr senten. li. iiij. di. xxxvj. In viris est q̃ttuordeci annorũ In mulieribus est duodecim annorũ qui possũt carnalẽ copulam exercere: z qui possunt in ea consentire. Ad quintũ dicendũ qd tria sunt bona matrimonij. s. fides. proles. z sacramentũ. Prima duo aliqñ sunt in matrimonio z aliquando non. sed tertiũ est de necessitate: quia vinculum indiuisibile. sic dicit magr sententi. libro. iiij. distin. xxxj. Ad sextum dicendum qd causa efficiens matrimonij est consensus animorũ per verba de presenti expressus. materialis causa sũt psone legittie. Formalẽ debita vboz platio cũ dr accipio te i meã vxorẽ i meũ. Finalẽ plis procreatio: z fornicatiõis euitatio.

memoriter bigamie precepta decantent: vt que christiane pudicie despiciunt fidem. discant saltem ab ethnicis castitatē. fertur au reolus Theophrasti liber de nuptijs. in quo q̄rit an. s. sapiens vir ducat vxorē. Et cū diffiniſſet. si pulchra eēt. si bene morigerata. si honestis parentib⁹. si ip̄e sanus ac diues. Si sapientē inire aliquan do matrimoniū statim intulit: hoc aūt raro. in nuptijs vniuersa ita cōcordant. Nō est igit vxor ducenda sapienti. Primū enī impe diri studia phie: nec posse quenq̄ libris z vxori pariter inseruire. Multa enīz esse q̄ matronarū vsib⁹ necessaria sunt. preciose vestes aurū. gēme. sūptus. ancille. suppellex varia: letīcie. vt eseda deau rata. deinde per totā noctem garrule. conquestiones. s. illa ornatior procedit in publicū: hec honorat ab omnib⁹: ego in contēptu fe minarū misella despicior. cur aspiciebas vicinā? quid cū ancilla lo quebaris? de foro veniens quid attulisti? non aurū habere possu mus: nō sodalē: alterius amorez suū odiū suspicatur. Si doctissi m⁹ p̄ceptor in q̄libet vrbiuz fuerit nec vxorē relinq̄re nec cū sarcina ire pōt. Pauperē alere difficile est. diuitē ferre tormētū. Adde q̄ nulla est vxoris electio: sed qualiscūqz obuenerit habēda. Si ira cunda. si fatua. si deformis. si supba. si fetida quodcūqz vitij est post nuptias discimus. Equus. asinus. bos canis. z vilissima manci pia. vestes quoqz z lebetes. sedile lineū. calix. vrceolus fictilis pro bant̄ prius: z sic emunt̄: Sola vxor nō ostenditur ne antea displi ceat q̄z ducatur. Attendenda est semper eius facies z pulchritudo laudanda ne si alterā aspexeris se estimet displicere. Uocanda do mina. celebrand⁹ natalis eius. Jusiurādū p̄ salutē ei⁹ vt sit super stes optandū. zc. Uerū quid prodest etiaz diligens custodia cum vxor seruari etiā impudica non possit pudica non debeat. Jnfida enīz custos est castitatis necessitas. z illa vere pudica dicenda est. cui licuit peccare: si voluit: pulchra cito adamatur. feda facile con cupiscit. Difficile custoditur quod plures amant. Molestum est possidere quod nemo dignatur habere. Minore tamē miseria de formis habetur qua formosa seruatur. Nihil tutū est in quo totius populi vota suspirant. Alius forma. alius ingenio. aliuz facetijz i. vrbanitate. alius liberalitate sollicitat. Et sic aliquando expugna

tur qđ ondlqz inceſſit. Et ſic tu cōclude q̄ nemo p̄ōt duob⁹ dñis ſuire. Job. viij. qm̄ qſqz aut amat deū aut amat mūdū. Hec dixi ſubmittens me correctioni ſancte matris eccleſie catholice.

Deo gratias.

¶ Nota clerice prudens z felix quō de libello iſto poterunt cātarī illa q̄ cātāt p Ariſtotelē ecbono. j. vbi dicit. Preciosa ſūt interdū parui corporis lapilli gēmeqz teſtant: qm̄ z ſicut lapillus z gēme ſūt pue res in q̄ntitate: ſūt tn̄ maxime i valore: z ſic libell⁹ iſte z ſi ſit puus in q̄ntitate: eſt tn̄ magn⁹ ſiue maxim⁹ in valore: qm̄ in ſe cōtinet multa vtilia z laude digna q̄ ſūt notanda p ordinē. z ſi nō bene p̄pter āguſtiā tp̄is tn̄ aliq̄liter tibi z mihi z cuicūqz niſi fallor: videbūt ordinata quoꝫ ſerics vel ordo eſt qui ſequit

¶ Primo agit de numero ordine z ſignificatiōe ſacerdotaliū veſtiū. ¶ Secūdo q̄liter ſacerdos accedere ad altare debet. ¶ Tertio qn̄ dz dici gl̄ia in excelſis deo z ite miſſa eſt: z qn̄ non. ¶ Quarto quot oſones in miſſa dz dicere ſacerdos an vnā/ vl̄ tres/ vl̄ quiqz vel ſeptē: z q̄re nō pl̄es. z p̄re magis dicūt oſones ſiue cātant in numero ipari: q̄z i nūero pa[illegible] Quito aſſignat declaratio vni⁹ cui⁹qz p̄ticule ip̄i⁹ ſacratiſſimi ſecreti. ¶ Sexto dat q̄dā regula generalis ad cognoſcēda peccata mortalia z p̄ccata venialia. z quid eſt peccatū mortale qđ quoqz veniale z pro vno quoqz aſſignāt remedia ¶ Septimo cui⁹ p̄ōderis ſit peccatū mortale z qđ dr̄. ¶ Octauo tractat de remedio peccati mortalis. ¶ Nono recitant valde ſingularia de ciuitate dei z quid ſit illa ciuitas z vbi ſit per te poteris videre. ¶ Decimo tractat de ciuitate diaboli z de eius plib⁹ angustijs. ¶ Undecimo de igne infernali an ſit ſupra terrā an inmiſcebus terre vel in qua mūdi parte. ¶ Duodecimo dr̄ de ſacerdotibus: z ad q̄ teneant. ¶ Tertio decimo de ſacramētis in generali. Tandē z finaliter de oibus ſacramētis in p̄ticulari: z de pluribus aliis que p̄opter angustiā temporis dimitto: ſed tu qui iſtū libellū habueris per te poteris inuenire. z ſic rogo atqz rogito non dimit-

tas quōniā via paradisi. Laudetur christus quōniā iste libellus est finitus.

Alfonsus Dueteñ .ad lectorē.

Quisqs eternum celebrans tonātem
Sordidis tractas manib⁹ sacratum:
Te prius totum speculo frequenter
Inspice queso.
Hic tui vultus maculas aperte:
Aulnus z mētis varium decorę:
Atqz te totum poteris videre
Intus z extra.
Noueris paruo liquide specillo:
Ut sacram ciues superos ad aram
Aduocans/verbis minimus sacerdos
Rumpat olim; am.
Acta quid sacrę reuerenda missę:
Quid sacerdotum trabeę figurēt:
Hoc potes clar epcrire speclo
Di lector.
Hic sacramenta micuer. cuncta
Quodlibet segni calamo refulgēs:
Quę nisi callet stigiam sacerdos
Ibit in vnd
Ergo si turpi vicio notatam
Hoc tibi mentem speculare monstrat:
Te precor christi lateris liquore
Ungere cures.



Impressū Salmantice. Año dñi. M.cccc.Martij.xvij.